cta. qꝛ licꝫ in illa fuit aliqualis noticia
vnius dei. ⁊ etiā xp̄i in quodā generali
nō tñ fuit ibi noticia explicata trinita-
tis ꝑsonarū in vnitate essentie nec per
ꝯsequens incarnatōis. Cuius rō est qꝛ
sicut cognitio naturalis ꝓcedit de im-
ꝑfecto ad ꝑfectū. vt dr̄ ꝑͦ phisicoꝝ. vñ
⁊ pueri vocant ꝑͦ oēs viros pr̄es ⁊ oēs
feminas matres. ⁊ postea distinguūt.
Ita silr̄ supnaturalis cognitio minoꝛ
fuit in lege veteri q̄ȝ in noua in qua ꝑ
xp̄m veritas lucide est reuelata. ꝓpter
qꝺ dicit saluatoꝛ Joh. xvij. Pr̄ mani-
festaui nomen tuū hoibus quos dedi
sti mihi. Ip̄e. n. manifestauit expꝛesse
trinitateꝫ ꝑsonarū. pr̄em noiando a q̄
eternaliter ꝓcessit ꝑ generatiōeꝫ dicēs
Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mun
dū. s. in vtero beate virginis carnē as-
sumendo. Spm̄sctm̄ ꝓmittendo Joh.
xv. Cuꝫ venerit paclytus quē ego mit
tam vobis a patre. ecce ꝓcessus spūs-
sancti ab vtroqꝫ. Nominauit etiā exp̄s
se trinitatē ꝑsonaꝝ in forma baptismi
Math. xxviij. Euntes docete omnes
gentes baptizantes eos. s. in noie pr̄is
⁊ filij ⁊ spūssancti. Manifestauit etiaꝫ
vnitātē essentie Joh. x. dicens. Ego et
pater vnū sumus hoc est qꝺ iohānes i
sua prima canonica ca. v. dicit exp̄sse
tres sunt qui testimoniū dant in celo:
pater verbum ⁊ spūssanctus. ⁊ hij tres
vnū sunt. In figura hꝰ moyses loq̄bat
ad ppl'm velata facie. vt hr̄ exo. xxxiiij
qꝛ mysteria fidei nr̄e erāt figuris ⁊ eni
gmatibꝰ velata sicut supra late decla-
ratū fuit. In figura etiam hꝰ velū tem
pli fuit scissum in xp̄i passione. ad oñ-
dendū ꝙ declarata ⁊ manifestata erāt

que prius latebant sub velamine. ꝓpt
qꝺ ipa lex noua tanq̄ȝ ꝑfecta in cogni
tione ē donū ꝑfectū descendens a pr̄e
luminū. vt dr̄ Jaco. j. ptꝫ ḡ ꝙ cognitio
dei ꝑfecta est in lege noua que impfe-
cta fuit in veteri. ꝓpter qꝺ pr̄es veteris
testamēti poterant dicere illud quod
scribit. j. ad Coꝝ. xiij. ex ꝑte cognosci-
mus ⁊ ex ꝑte ꝓphetamus. i. impfecte.
Secūdus gradus quo oñdit lex no-
ua ꝑfectissima est ex contentoꝝ rōna-
bilitate vel mandatis vel monitis. qꝺ
vt clarius videat oñdit ipfectio legis
mosaice quo ad totū corpus suū. scꝫ q̄
ad p̄cepta moralia ⁊ iudicialia ⁊ sacra
mentalia ⁊ cerimonialia. Primo. n. in
lege moysi p̄cepta moralia fuerūt im-
ꝑfecta. ⁊ dicunt moralia p̄cepta illa q̄
sunt de dictamine rōnis etiaꝫ si nulla
lex esset sicut ē illud mādatū qꝺ scribi
tur Exo. xx. Honora pr̄em tuū ⁊ ma-
trē tuā ⁊c̄. Et silr̄ illud qꝺ ꝑ modū mo
nitōis scribit Leuiti. xix. Coram cano
capite cōsurge ⁊ honora ꝑsonā senis ⁊
silr̄ia. Qꝛ aūt ista fuerūt ipfecta decla-
ratur dupliciter. primo qꝛ p̄cepta mo-
ralia in lege moysi ordinabāt actꝰ ho-
minū exteriores tm̄. ꝓpter qꝺ apl's ad
Ro. iij. vocat legē moysi legē factorū.
De actibus aūt interioribus in q̄bus
consistit bonū moris nihil ordinabat
aut parū. Sed ꝯ hoc ē qꝺ hr̄ exo. xx.
Non concupisces vxorē ꝓximi tui ⁊c̄.
Dicendū est ẜm antiquos doctores ꝙ
talis ꝯcupia ñ ꝓhibebat inquātū erat
oino latens in corde ȝ inquantū ꝓrū-
pebat exterius ꝑ aliqua signa. vt ꝑ ver
ba scurrilia. impudicos tactus ⁊ oscu
la ⁊c̄. hmōi. iō sic exponūt. Nō cōcupi
sces. i. signa ꝯcupie nō facies. Vñ ad
ad philip. iij. dicit glo. ꝙ lex vetꝰ ꝓhi-
bebat manū nō aim. Vel dicēdū ẜm
alios ꝙ lex vetus ꝓhibebat cōcupiam
animi latentē. hoc tñ erat in paucis. s.
in mechia ⁊ furto. Item in istis insuffi

cienter ꝓhibebat ꝯcupiam. qꝛ nō pu-
niebat trangressores. ⁊ sic ptꝫ ꝙ insuf-
ficienter lex mosaica ordinabat actus
interiores. Secūdo declarat̄ sic. quia
lex mosaica etiā actus exteriores ordi
nabat sicut ptꝫ Deutro. xxiij. vbi dici-
tur sic. Nō senerabis fratri tuo pecu-
niā ad vsurā nec fruges nec aliquā aliā
rem sed alieno. Ibi .n. ꝑmittitur vsura
cū alienis ꝑsonis qḋ est illicitū ꝯtra di
ctamen recte rōnis. Itē deutro. xxiiij.
ꝑmittit̄ viro dare libellū repudij etiaꝫ
cā indebita. Vn̄ ibidem subdit̄ si acce
pit homo vxorē ⁊ habuerit eā ⁊ nō in-
uenerit grām in oculis eius ꝑꝑ aliquā
feditatē. scribet libellū repudij ⁊ dabit
in manu eius ⁊ dimittet eaꝫ de domo
sua. Indiuisibilitas aūt ꝑ totā vitaꝫ ē
de dictamine rōnis naturalis. ⁊ sic pꝫ
ꝙ lex vetus impfecta fuit in moralibꝰ
Et ꝓpter hanc impfectōem lex mosai
ca dicit̄ pedagogus noster ad Gal. iij
id est regula puerorꝝ ⁊ impfectorꝝ in q̄
bus nō querit̄ pfectio interior ſꝫ ab ex-
terioribus inhonestis timore disciplı-
ne reprimunt̄. Et in actibus exterioribꝰ
multa eis ꝑmittunt̄ que nō ꝑmitterēt̄
viris pfectis. ꝓpter qḋ aug. li. de spū. ⁊
lr̄a exponens illud. ij. Cor. iij. lr̄a occi
dit ⁊c. dicit hoc nō tm̄ de cerimoniali-
bus intelligēdū ſꝫ etiā de moralibꝰ ve-
teris legis. qꝛ. s. nō ꝓhibebant̄ aliq̄ que
de se sunt mortifera. vt ptꝫ ex p̄dictis.
ꝓpter qḋ dicit̄ ad Ro. iij. ex opibus le-
gis nō iustificat̄ ois caro. Sed lex no
ua pfecta est in moralibus. qꝛ pfecte or
dinat actꝰ hūanos nō solū exteriores
sed etiā interiores ⁊ in hoc impfectōeꝫ
legis supplet. ꝓpter qḋ dicit saluator
impfectōem legis adimplendo math.
v. Audistis qꝛ dictū est antiquis. non
occides. qui aūt occiderit reus erit iu-
dicio. Ego autē dico vobis. qꝛ ois qui
irascit̄ fratri suo reus erit iudicio in q̄
ordinat motū interiorē. vt ptꝫ. Simi-
liter lex noua actus exteriores ordīat
nullū malū ꝑmittendo. ꝓpter qḋ dicit
Saluator Math. xij. Dico aūt vobis
qm̄ de omi verbo ocioso qḋ locuti fue
rint hoies sup terrā reddent rōnē i die
iudicij. Si aūt his ꝓhibet verbū ocio
sum ꝑ cōsequēs verbū nociuū. ⁊ mul-
to fortiꝰ oēꝫ actū malū. ꝓpterea math.
v. post suppletōem p̄ceptorꝝ moraliuꝫ
veteris legis cōcludit pfectōem euan-
gelicā dicens. Estote ergo pfecti sicut
pater vr̄ celestis pfectus est. pfecit aūt
xp̄c moralis p̄cepta legis. etiaꝫ cōsilia
euangelica supaddendo. ꝓpter quod
math. xix. Iuueni dicēti se custodisse
mandata legis ⁊ querenti vlteriꝰ viam
pfectionis. dicit saluator. adhuc vnuꝫ
tibi deest. Si vis pfectus eē vade ⁊ vē
de oia que habes ⁊ da paupibus. ⁊ ha
bebis thesaurū in celo ⁊ veni ⁊ seque-
re me. Secūdo in lege moysi iudicia-
lia p̄cepta erant ipfecta. qḋ ptꝫ ex duo
bus. primo ex mō inducēdi hoies ad
obseruantiā iusticie. ad qḋ ordinabāt̄
iudicialia p̄cepta. Scḋo ex ipis prece
ptis. primū ptꝫ sic. ꝓpriū est hoim im-
pfectorꝝ vt inducant̄ ad iusticiā obser-
uandā timore pene. vn̄ dicit Oratius.
libro epl̄arū. oderūt peccare boni. vir-
tutis amore. oderūt peccare mali for-
midine pene. hoc etiā declarat̄ rōe. qꝛ
illud qḋ cū timore fit penale ēst ⁊ non
delectabile. vn̄ dr̄. j. Ioh. iiij. timor pe
nā hꝫ. Opari aūt virtuose nō est pena
virtuoso ⁊ pfecto sed magis delectabi
le. ꝓpter qḋ dr̄. ij. ethi. ꝙ signuꝫ habitꝰ
generati est delectatio in ope. lex moy
si inducebat hoies ad iusticiā obseruā
dā ꝑ timorē penarū ꝓpter qḋ dr̄ lex ti-
moris. Et in signū hꝰ lex fuit data i ter
roribus. vt ptꝫ Exo. xix. Iam aduene
rat dies tercius in quo. s. data est lex.
Sequit̄ ⁊ ceperunt audiri tonitrua et
micare fulgura. ⁊ nubes dēsissima opi
re montē. clāgorq̄ʒ buccine vehemētiꝰ

perstrepebat. Timuitq; ppl's q̄ erat in castris. Et sil'r facies Moysi apparuit cornuta q̄n secundo apportauit legez in tabulis descriptā ꝛ timuerūt filij israel. vt hr̄ Exo. xxiiij. In cordibus .n. illis designabat terror ꝛ feritas legis. ptz ergo primū. vic; imperfectio iudicia-liū p̄ceptoꝝ ex mō inducendi ad opera iusticie. s. p timorē pene. Scd̄o idez patz ex ip̄is met p̄ceptis iudicialibꝰ q̄ aliq̄n infligebant penā innocenti ꝛ aliq̄n culpabilē nō puniebant. Primuz ptz p illud qd̄ hr̄ Nume. xxxv. de homicidio oīno casuali vbi dicit̄ talis q̄ fortuitu ꝛ absq; odio ꝛ inimicicijs int̄ficiebat hoīem. debebat confugere ad vnā ciuitatē refugij ꝛ ibi manere vsq; ad mortē sūmi sacerdotis qd̄ erat aliq̄n p magnū tp̄s. Talis q̄ erat innocēs cū homicidiū erat oīno casuale ꝛ inuolūtariū. sine culpa puniebat̄ graui pena. q̄ꝛ oportebat eū exulē eē p magnū tp̄us a sua ciuitate ꝛ a sua possessione. Scd̄m ptz vbi subdit̄ de tali fugitiuo innocente q̄ si infra terminos vrbium inuentus fuerit ꝛ pcussus ab eo qui vltor est sanguis absq; noxa erit q̄ eū occiderit. Debuerat .n. ꝓfugus vsq; ad mortē sūmi sacerdotis in vrbe habitare. ꝛ sic ptz q̄ interfectio innocentis in tali casu remāeret sine pena q̄ tn̄ ē grauis culpa. Talis aūt impfectio legis cōueniebat impfectioni ppl'i q̄ erat ꝓnus ad effusionē sanguinis. ꝛ iō interfector a casu. remanens in sua ciuitate inter amicos interfecti erit in p̄iculo mortis q̄uis inocēs. ꝛ sic de facili pn̄t in ppl'o homicidia multiplicari. Et iō ad hec mala vitanda data est lex p̄dicta de eius fuga q̄uis eēt innocēs. Et eadē rōne pcebat lex. Si aliq̄s amicus mortui interficeret eū extra fines ciuitatis refugij. vt sic cogeret̄ in vrbe remanere nō ex sua culpa ſ; ꝓpter homicidia vitanda. ad que ppl's tanq̄ impfectus erat ꝓnus. Exemplū idoneum ponit ph's q̄nto ethicoꝝ dicēs q̄ aliq̄n leges sunt similes regulis q̄bus vtunt̄ artifices in lesbia ad dolandū lapides q̄ꝛ lapides illiꝰ regionis sunt male dolabiles. iō vtunt̄ artifices regulis plūbeis vt possint tortuositati lapidis applicari. sic in veteri testamēto date sūt leges aliquā impfectōez hn̄tes pp impfectōem illius ppl'i. lex tn̄ euāgelica q̄tū ad iudicialia est pfectissima. quia inducit ad obseruantiā legis. non p timorē pene ſ; p amorē iusticie. qd̄ est ꝓprie pfectoꝝ vt supradictū ē. ꝓpter qd̄ lex noua merito dicit̄ pfecta s̄m qd̄ d̄r Jaco. j. Qui aūt p̄spexerit in lege pfecte libertatis. i. in lege euangelij q̄ ducit hoīem ad pfectōem ꝛ liberat a seruitute timoris ꝛ seruitute peccati. sicut dn̄s ait Joh. viij. Si manseritis in sermone meo veri discipuli mei eritis. et vos cognoscetis veritatē et veritas liberabit vos. Itē q̄ꝛ nullū innocentem punit. nec aliqd̄ malū impunitū relinquit. q̄ꝛ etiā verba ociosa puniēda ostēdit. vt supra dcm̄ ē. ꝛ nō solū v̄ba ociosa sed malas cogitatōes s̄m qd̄ dicitur math. v. Ego dico vobis q̄ quicūq; viderit mulierē ad ↄcupiscendā eā iam mechatus ē in corde suo. ꝓpter qd̄ lex noua est pfecta. de qua pōt exponi illud Canti. vj. Vna ē colūba mea pfecta mea. Dicit̄ etiā lex noua columba metaphorice. q̄ꝛ est sine felle amaritudinis nullū innoxiū puniens. d̄r etiaz pfecta. q̄ꝛ nullū maluz pmittens. ꝛ sic apparet pfectio legis euangelice q̄tū ad iudicialia. Tercio declarat̄ quō sacr̄a veteris legis erāt impfecta. Ad cuius euidentiā cōsiderandū q̄ illa sacramēta erant ordinata ad faciendu; hoīes idoneos ad cultū diuinū. ꝛ iō aliqua erant cōīa toti ppl'o ta; viris q̄ mulieribꝰ vt purificatōes. alique a tactu imundi vel mortui. q̄ purificatōes

fiebant p aspsionē aque expiatōis. de
qua hr̄ Nūe.xix.ꝛ siṁa. Aliq aūt erāt
solis viris cōuenientia. sicut circūcisio
Aliqua solis sacerdotibus sicut conse
cratio ꝛ vnctio sacerdotis ꝛ hmōi. Cu
ius rō est. q₂ sacerdotes applicabant
spāli modo ad cultū dei. Ista tn̄ sacra-
menta p̄dicta erant impfecta. q₂ nō cō
ferebant grām. sine qua nō efficiūt ho
mines idonei ad cultū diuinū. Jō sa-
cramenta legalia dicunt egena ꝛ infir
ma. ad Gal. iiij. vbi dicit sic. Nūc aūt
cū cognouistis deū: imo cogniti estis
a deo. quō cōuertimini iterū ad egena
ꝛ infirma elementa. Dicunt aūt infir-
ma. q₂ nō cōferebant aliquā ptātē spi-
ritualē. sicut cōferūt sacr̄a noue legis.
Silr̄ dicunt egena q₂ nō conferebant
grām que necessaria ē ad benevtendū
illa ptāte. Sed ꝫ hoc videt q₂ i exo.
ꝛ leuit. quasi vbiq₃ dicit. q₂ illa sacram̄
ta reddebant hoies idoneos ad cultuꝫ
diuinū. dr̄ ꝙ talis idoneitas erat p q̄n
dā mūdiciā ꝛ expiatōem corpalem sic̄
in noua lege quis dicit ineptus ad mi
nistrandū ꝛ celebrandū pp īmūdiciaꝫ
manuū. locio manuū reddit eū aptuꝫ
sed hec aptitudo est tm̄ corpalis. Sic
erat de aptitudine que dabat p sacra-
menta veteris legis. Et ꝓpter hoc dicū
tur illa sacr̄a emūdatōes carnis. vt hr̄
ad hebre. ix. vbi dr̄ sic. sanguis hircoꝝ
qui. s. offerebat in cōsecratōe sacerdo-
tū ꝛ cinis vitule aspersus quo oēs mū
dabant a tactu morticini vel imūdi. vt
dictū est inqnatos sanctificat ad emū-
datōem carnis. i. corpis. q₂ sicut dictū
est talia non ꝯferebant grām sed aufe-
rebant quedā impedimēta seu irregu-
laritates impediētes a tabernaculi in-
gressu sicut in noua lege ptꝫ p exēplū.
qn̄. n. p p̄latos dispēsabat cū aliquo il-
legitime nato vel p̄uato vno oculo vl̄
hmōi nō cōfert ad hec sibi gr̄a sed tm̄
tollit irregularitas. Sꝫ cōtra hoc vr̄
q₂ fm doctrinā sanctoꝝ circūcisio tol-
lebat peccatū originale. ꝛ p ꝯñs cōfere
bat grām vt cōiter tenet. Dicendū fm
antiquā opinionē ꝙ tollebat pctm̄ ori
ginale nō tn̄ cōferebat grām. hec enim
erat ptās circūcisionis vt tenet a mul
tis ꝛ magnis doctoribꝰ quoꝝ rōnes p
pter plixitatē omittunt. ꝛ in hoc diffe-
rebat a baptismo q̇ nō solū auferebat
pctm̄ originale sed cōfert grāꝫ. Aliter
pōt dici ꝙ si in circūcisione gr̄a cōfere
bat. hoc nō erat in virtute illius sacr̄i.
sed in fide xp̄i venturi. quē ptestabat il
le q̇ circūcidebat si adultꝰ erat vl̄ aliꝰ
p eo si puulus erat. Et hoc est qō dicit
tur cōiter ꝙ valebat ex fide suscipiētiū
nō aūt ex ope opato. p quē modū va-
lent sacr̄a noue legis. pꝫ igr̄ ꝙ sacr̄a ve
teris legis erant impfecta. Sꝫ lex no-
ua pfecta est q̄tū ad sacr̄a. q₂ illa cōfe-
rūt grām ꝙ illa nō faciebant. vt dcm̄ ē
ꝓpter qō dr̄ Joh. j. lex p moysen data
est. gr̄a ꝛ veritas p iesum xp̄m facta ē.
ꝓpter hec de iohanne baptista qui pe
suam p̄dicatōnem ꝛ baptismuꝫ dispo-
nebat populum ad christi baptismū.
ꝛ p consequens ad alia sacr̄a cum ba-
ptismus sit ianua omniū sacramētoꝝ
Luce. j. dicitur. Ipse preibit ante illuꝫ
in spiritu ꝛ virtute helye parare domi
no plebem perfectam. Sunt ergo ab-
lata sacramenta veteris legis. ꝛ intro-
ducta septem sacramenta noue legis.
in quibus tanq̄ perfectissimis sacra-
mentis deus attulit nobis causas salu
tis spiritualis. Cause autem salutis
spiritualis nō sunt nisi quatuor. sicut
ꝛ quatuor sunt cause salutis corpora-
lis. scilicet curatiua. conseruatiua. pre
seruatiua ꝛ melioratiua. Curatiua est
duplex. quedaꝫ enim totaliter ꝛ simul
curat vt baptismus culpam ꝛ penam
oīno delens quantū in se est. q̄daꝫ vo
paulati vt pnia. Cōseruatiua ē vt ꝯfir-
matio. in hac. n. dat spūssc̄us ad robur

⁊ cõfirmatõem grẽ que data est in ba-
ptismo. Preseruatiua est mr̃imoniũ i
quo ꝯcupia carnalis in ruinã turpitu
dinis ꝑna excipit̃ honestate nuptiarũ
ne ruat in mortale peccatũ. Meliora-
tiua est ordo in qua grã meliorat̃ vel
augmentat̃. vel etiã extrema vnctio q̃
hoiem in meliori statu ponit ⁊ securio
rẽ reddit. Est quoq; quedã alia medici
na p̃dicta quatuor sola faciẽs. s. eucha
ristia qm̃ ⁊ venialia curat ⁊ ab eis aiaz
p̃seruat. grãm quoq; cõseruat. q2 psal.
ciij. panis cor hois cõfirmat ⁊ etiã gra
tiã augmentat. Quarto in lege moy
si cerimonialia fuerunt impfecta. Ad
cuius euidentiã notandũ ꝙ cerimõie
veteris legis fuer̃t in quadruplici dif-
ferentia. Quedã ptinent ad sacr̃a que
dã ad sacrificia. quedã ad obseruatiõz
⁊ quedã ad sacra. Sacra aũt ⁊ obserua
tões ordinant̃ ad sacrificia ⁊ ad sacra.
Quia sacra dicunt̃ vasa ⁊ loca ⁊ hmõi
q̃bus vtebant̃ in sacrificijs ⁊ ritu colẽ
di. Obseruatões dicunt̃ q̃dã modi vi-
uendi religiosi q̃bus vtebant̃ iudei q̃
erant ppl's peculiaris ipius dei. vtpo-
te ꝙ custodirẽt se ab aliq̃bus cibarijs
potibus ⁊ vestibus ⁊ sil'ibus. ex hoc q2
erant ppl's deo cõsecratus p sacr̃m cir
cũcisionis ⁊ alia sacramẽta. Nũc aũt
ita est ꝙ ex fine accipit̃ rõ eoꝝ que sũt
ad finẽ. ⁊ ideo ostenso ꝙ sacrificia ⁊ sa
cramenta impfecta erãt sufficiẽter erit
oñsum ꝙ sacra ⁊ obseruatões erãt im-
pfecta. q2 ordinabant̃ ad duo p̃dicta si
cut ad finẽ vt prius dicũ est. Qr̃ aũt sa
crificia veteris legis eẽnt impfecta oñ
dit̃. q2 quedã erant sacrificia ꝑ peccat̃
oblata. ⁊ hec erant impfecta. q2 nõ po
terant auferre peccata. pp qd̃ dic̃ apl's
ad Hebre. x. Impossibile ẽ sanguinez
hircoꝝ ⁊ thauroꝝ auferri pctã. Et iteꝝ
ibidẽ ois quidẽ sacerdos. s. veteris le-
gis p̃sto est quotidie ministrans ⁊ eas-
dẽ offerens hostias q̃ non pñt auferre

peccata. Et idẽ hr̃ Esa. xl. libanus nõ
sufficiet ad succendendũ ⁊ aialia non
sufficient ad holocaustũ. libanus autẽ
hic vocatur primũ templũ qd̃ fuit fa-
ctũ de lignis libani. Aialia aũt illa ob
lata q̃ztũ ad ptẽ cõcremata nõ sufficie
bant ad amotionem pcti. Alia autem
erant sacrificia pacifica. i. ex deuotõne
oblata ad grãm dei impetrãdã seu ad
aliqd̃ beneficiũ diuinũ. Et illa erãt im
pfecta. q2 gratia diuina seu beneficiuz
diuinũ nõ impetrabat̃ rõe oblati mu-
neris. licet aliqñ daret̃ ꝑpter oblatõem
⁊ fidẽ offerentis. Et hoc est qd̃ dic̃ apo
stolus ad hebre. ix. Tabernaculũ fcm̃
est primuz ⁊c̃. Sequit̃ que est pabola
tpis instantis iuxta quã munera ⁊ ho
stie offerunt̃ que nõ pñt ſm cõsciam p
fectũ facere seruientẽ. q2 pfectio cõscie
est donũ gratie. Et sic ptz ꝑpositum ꝙ
lex moysi q̃ztũ ad cerimonialia ⁊ sacri
ficia erat impfecta. Sz lex noua pfe
ctissima est quantũ ad sacrificia. q2 ipa
est vnũ sacrificiũ pfectissimũ. s. eucha-
ristia. que nõ tm̃ est sacr̃m ʒ etiã sacrifi
ciũ. q2 ibi xp̃c queãdmodũ imolatur ⁊
fructus sue benedicte passionis a po-
pulo pcipit̃. Istud aũt sacrificiũ tanq;
vnũ ⁊ pfectũ fuit in lege figuratuz per
multa sacrificia ⁊ varia sicut pfectũ p
impfecta. Eius aũt pfectio apparet in
duobus. q2 p° tollit peccata qd̃ nõ po-
terant facere legis sacrificia. ꝑpter qd̃
dr̃ Jo. j. Ecce agn⁹ dei ecce q̃ tollit pctã
mũ di. pctã ſm ꝙ dicit. b. Johes. j. Ca
nonica. iiij. ca. Ipe ẽ ꝑpiciatio ꝑ pecca
tis nr̃is. nõ ꝑ nr̃is aũt tm̃ ʒ ꝑ toti⁹ mũ
di. Scd̃o appet ei⁹ pfectio. q2 augmen
tat grãm. ſm ꝙ dicit Jo. vj. Qui man
ducat me viuit pp me. s. p augmẽtum
grẽ. De h̃ sacrificio panis ⁊ vini in be-
resich raba. i. in genesi magno. Rabi-
mosse darsan sup textũ geñ. c. xiiij. mel
chisedech rex salẽ offerẽs panẽ ⁊ vinũ
Erat eñ sacerdos dei altissimi. dic̃ ra-

bismulthel filius nabaman. Iste melchisedech erat sem filius noe. & qd voluit dicere, pferens panẽ & vinũ. ostendit nobis q decuit ei actus sacerdotij q erat sacrificare panẽ & vinũ. & hoc est qd dicit psal. in psal. cix. Iurauit dñs & nõ penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ sm ordinẽ melchisedech. Et qs est ille. ille est rex messias pp qd scriptũ ẽ Ecce rex tu9 venit tibi iust9 & saluator ipse: zacha. ix. Et in h qd dic, pferẽs panẽ & vinũ concordat cũ psal. qdic psal. lxxj. Erit firmamẽtũ in terra in sũmis montiũ vbi dicit translatio chaldaica erit sacrificiũ panis in terra in capitib9 montiũ synagoge. Et cũ ille psal. lxxj. De9 iudiciũ tuũ regi da sm doctores thalmuth totus loquat d messia. qcũqs si nõ ẽ cecus poterit videre sm pdictã translatiõem chaldaicã q messias erit firmamentũ in terra in altitudine montiũ synagoge. q mõtes synagoge & eccie sunt sacerdotes q quotidie d facto eleuant messiã sup capita sua. & est ita clarũ q nõ pñt negare nisi illi sup quos venit maledictio esaie in cecitate oculoꝝ. vt cordis. hoc est q vnicũ sacrificiũ excellẽtissimũ legis noue i pane & vino. qd sacrificiũ ẽ ipsemet messias & sic pfectio legis euangelice pz ex pfectione sacrificij. Et cũ oẽs cerimõie eccie sint pcipue pp istud sacrificiũ sic pp finẽ. sequit q cerimonie xpianorũ sunt pfectissime. Nec est mirãdũ q in lege noua fiant cerimõie q aliqd figurent. sicut figurabant cerimonie veteris legis. Cerimonie. n. ordinãt ad cultũ diuinũ. Et sm q dicit aug. in enchiridion. c. iij. Deus spe fide & charitate colit loquendo de cultu interiori q est p fidẽ & charitatẽ. Est g triplex stat9 hois in quo hr fides & spes de bonis celestib9 & de his p que ad ipa introducimur. s. de mysterijs xpi & de vtrisqs sicut de futuris. & hic est stat9 veteris testamenti in quo hr fides de bonis celestibus sicut de futuris. Sz de his per que introducimur ad celestia. s. de mysterijs xpi sicut de pñtib9 vl pteritis ẽ status noue legis. Tercius status est i quo vtraqs habent tanqs pñtia & euidentia. & nihil credit. & hic ẽ status patrie celestis. In hoc aũt statu tercio vbi nihil credit nihil est cerimoniale vel figurale ad cultũ ptinens sm q dr apoca. xxj. Templũ nõ vidi in ea. dñs em deus oipotens tẽplũ illius est. Pari igit rõne aduenientẽ secũdo statu. s. noue legis cerimonie primi status. s. veteris legis cessare debuerũt & induci alie q cõuenirent statui noue legis in q bona celestia expectant de futuro. h bñficia xpi habita sunt de pterito. Et id qz cerimonie veteris legis significabant xpm venturũ. dignũ est vt sic euacuaret in noua lege i qua mysteriũ xpi iã est pteritũ. Et hoc est qd dicit apls ad Hebre. ix. translato sacerdotõ necesse est vt legis trãslatio fieret qtũ. s. ad cerimonialia. thurificatõe tñ excepta. qz n significabat mysteriũ xpi directe. sed deuotiõez ppli ad xpm. nũc aũt dz esse nõ minor deuotio ad ipm iam psentialiter exhibitũ q erat tũc ad ipm venturũ. pter qd in noua lege manet thurificatio p quã designat ministrorũ eccie & ipius ppli deuotõ. Innumẽ aũt sunt in lege noua cerimonie. Et si nũqs aliud attenderẽt iudei & pagani. nisi excellentiã cerõniarũ in ritu xpiano. Istud solũ deberet cõuincere cecitatẽ eoꝝ. sicut pz de ornamẽtis sacerdotalibus & ministroꝝ. & de alijs que cum tanta solẽnitate fiunt in altari & i choro in festis duplicibus maioribus minoribus semi duplicib9 & simplicibus quales etiã cerimonie fiũt in choro a cãtorib9 & organis qs honestissime inclinatões. Quid dicaz de ornatu in crucib9 & calicibus aureis & argenteis

ueterisq̈ʒ vasis ⁊ reliq̈arijs in q̈bus reli
quie sanctoꝝ q̈ ꝓ xp̄o mortui sunt vel
eum fidelissime secuti sunt honorifice
ꝯseruanť. Mirabanť iudei vnū tēplū
salomōis ƺ in stuporē ꝯuertanť ꝓ mł-
titudine ⁊ magnitudie ecciaꝝ xp̄i in to
to orbe cōstructarū. Mirenť altitudi-
nē ⁊ pulchritudinē turriū in q̈bus ar-
monia dulcissima resonat campanaꝝ
q̈ ꝓ laudibꝰ diuinis ⁊ ꝓ ꝯuocatōe po-
puloꝝ ⁊ ꝓ terrore demonū mira effica
cia ꝓpulsanť. q̈d dicā ꝺ̄ cerimonijs ro-
mane curie in summi pontificis īpato
rū ⁊ regū vnctōe. q̈d de ꝯsecratōe ep̄o
rū ecciarū altariū vasoꝝ ⁊ vestimētoꝝ
que oīa admirāda ⁊ stupēdissima sunt
cū xp̄o. ⁊ in admiratōem cōuertūt de-
uote aspiciētes. Attēdāt aūt miseri iu-
dei. s. ⁊ infideles sup oīa in vna ⁊ eadē
fide tantā diuersitatē religionū vbi ho
mines a seculo fugiētes exponūt totū
tp̄s vite sue in laudibꝰ ⁊ seruitio redē-
ptoris. qui lʒ diuersis cerimonijs ꝓ cō
seruatōe religionū q̄i quibusdā muris
vtunť. sicut nucleū in testa cōseruať et
mel in fauo ⁊ ciuitas in muro. In sub
stantia tn̄ eiusdē fidei nullatenꝰ discre
pantes ad vnū beatitudis terminū ni-
tunť ꝑuenire. Sic ergo ptʒ in summa
colligendo q̃ lex noua que euāgelica
dr̄ ꝑfectissima est in moralibꝰ. q2 ea im
plenť. addita ꝑfectōe. q2 illi p̄cepto nō
occides addiť nō irasci. Et illi nō me-
chaberis addiť nō cōcupiscere ex visu
Et illi nō periubis addiť nō iurare oī-
no. i. fine legitia cā. ⁊ sic ꝺ̄ alijs. math.
v. Et ab illo ꝑmisso vsure alieno tolliť
īpfectio date mutuū nibil inde spe
rantes Luce. vj. Et illi de libello repu
dij addiť si q̈s dimiserit vxorez nisi ob
fornicatōem mechať. ⁊ q̈ eā duxerit si-
militer mechať Math. v. ⁊ sic tollunť
īmpfectōes taliū ꝑmissoꝝ in lege vete-
ri. Si queras vtrum moralia p̄cepta
ꝑnt dici euacuata simplr. Rn̄detur q̃
moralia p̄cepta fuerūt euacuata tātū-
modo ſm quid. s. q̈ʒtū ad īmpfectōem
cuius rō est. q2 sunt ꝺ̄ dictamine recte
rōnis. ⁊ iō manēt q̈ʒtū ad subam p̄ce-
pti. remota tm̄ in ꝑfectōe sicut dcm̄ est
q2 qn̄ ex īmpfecto fit ꝑfectū nō tollitur
terminus a quo ƺ tm̄ eius īpfectio sic
qn̄ ex minus albo fit magis albū non
tolliť albedo p̄cedens sed tm̄ eius im-
ꝑfectio. Nō est sic de cerimonialibꝰ ve
teris legis. q2 cōtrarianť noue legꝭ cul
tui. ⁊ qn̄ fit mutatio de vno ꝯrio in alte
rū opteт termini a q̈ totaliter euacuari
sicut qn̄ ex albo fit nigrū. albedo tolli
tur. Cerimonie veteris legis dicuntur
ꝯrie cerimonijs noue legis. q2 ille figu
rabant xp̄m venturū. ⁊ iste iam de p̄te
rito aduenisse. ⁊ iō totaliter cessare de-
buerūt. Etiā lex noua est ꝑfectissima ī
iudicialibꝰ ex amore ad iusticiā indu-
cendo. innocētē nō ꝯdēnando. nec ali
qꝺ̄ malū impunitū relinquendo. ⁊ im
pleuit xp̄c iudicialia p̄cepta. ⁊ i eo qꝺ̄
iusticie addidit equitatē mīe. vt ptʒ in
absolutōe adultere Joh. viij. Justicia
em̄ ſm rigorē diminuta est a mīa que
superexaltat iudiciū Jaco. ij. Sʒ nunq̈d
iudicialia p̄cepta veteris legis totaliť
euacuata sunt. Rn̄deť q̃ qn̄ corrūpiť
terminus a quo. ꝑ accidēs illud qꝺ̄ est
ei adiūctū corrūpiť. pōt tn̄ manere cuʒ
termino ad quē si nō habeat ad ipsuʒ
contrarietatē. nō tn̄ mācet idē numero
sed spē tm̄. Sic qn̄ de aere fit ignis cor
rūpiť aer ⁊ manet in igne qualitas sim
bola eadē specie. s. raritas. talia sūt iu-
dicialia veteris legis. q2 adueniēte le-
ge grē cessat etiā eoꝝ obligatio. possit
tn̄ aliquis p̄nceps ordinare q̃ seruarē
tur in regno suo. ita tn̄ q̃ nō reputaret
ea eē obligatoria ex lege moysi. Nō āt
ꝓdicti est. q2 iudicialia p̄cepta ꝑ se ⁊ di
recte nō erant ordinata ad significan-
dū aliquid futurū. sicut erant cerimo-
nialia. sed erant ordinata ꝑ se ⁊ directe

ad seruandū ordinē iusticie in populo iudaico. vt supra dcm̄ est. Quia tñ stat⁹ illius ppl'i erat figuralis totus respectu xp̄i vt dicit ap'ls. j. Cor. x. Oia in figura cōtingebāt illis. ꝑ ꝯñs precepta iudicialia illius ppl'i erant figuralia nō directe sed ex consequenti. ꝛ iō si aliq̄ seruarēt ea ex hoc ꝙ fuerūt tūc statuta hoc eēt dicere ꝙ status ille adhuc durat. qđ est erroneū ꝛ illicitū. si tñ āliqs princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. Considerandū tñ ꝙ in lege noua transeūt ꝗꝛū ad eoꝝ rigorem. qꝛ essent magis obseruanda ex amore virtutis ꝗ̄ ex timore. qꝛ lex noua est lex amoris. ꝓpter qđ dicit. j. Jo. iiij. ꝑfecta charitas foras mittit timorē. Adimpleuit etiā xp̄c p̄cepta iudicialia rigorē coꝛrigando in aliquibus. vt dictū est ꝑ seipm̄ ꝛ in alijs dimisit tēꝑamentū suis ministris. s. ecc'ie p̄latis et principibus catholicis. vt de talib⁹ ordinent ꝺm ꝙ viderint vtile cōitati fideliū ꝺm tempoꝝ varietatē ꝛ locoꝝ ꝛ ꝑsonarū. ꝛ istud nō fuit destruere leges sed adimplere. qꝛ sic ordinauit meliorē modū obseruatōis iusticie. sicut nō destruit puer qñ fit vir. qꝛ licꝫ transeat puericia. manet tñ melior status eiusdem ꝑsone etate mutata. lex vetus habuit ꝗsi statū pueri respectu noue leg' ꝑꝑ qđ vt supra dictū est ad Gal'. iij. dr̄ lex pedagogus nr̄ fuit in xp̄o. i. regulatiuus status puerilis. ꝓpter qđ erat lex timoris. sicut pueri sub disciplina ꝛ timore custodiunt. lex aūt euangelica est lex amoris. ꝛ iō nō debet eē tantus rigor penarū. qꝛ ꝓpriū hoīm perfectoꝝ est magis deduci ad virtutē amore iusticie ꝗ̄ tīore pene. vt supradictuꝫ est. Est etiā lex noua ꝑfectissima in sacramentalib⁹. vt dcm̄ est đ eucharistie sacro. Et impleuit xp̄c sacramentalia legis ꝑ exhibitōem veritatis. venit. n. rex ꝛ impleuit figuras que vacue erāt

Impleuit sacr̄m circūcisiōis quod se ośdebat solū ad viros primo suscipiēdo in seipo. Scđo melius efficacius ꝛ generalius instituēdo sacr̄m loco ipi⁹ scꝫ baptismū in quo cōfert maior gr̄a ꝛ remediū tam viris ꝗ̄ mulierib⁹. Impleuit etiā sacr̄m vnctōis regū ꝛ sacerdotū. nō ꝙ assumpserit statuꝫ sacerdotis legalis vel terreni regis. imo dixit corā pylato. regnū meuꝫ nō est de hoc mundo Joh. xviij. ꝛ iō nō habuit istaꝫ vnctōem corꝑalē regū vel pontificū. ꝫ vnctōem spūalē habuit a deo p̄re per plenitudinē gr̄e ꝺm ꝙ dr̄ in psal. xliiij Vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie ꝛc̄. Est etiā lex noua ꝑfectissima i cerimonialibus vt dictum est. ꝛ xp̄c impleuit cerimonialia nō solū q̄ ꝑtinebāt ad sacramenta sed etiā ad sacrificia. sic̄ imolatio agni paschalis ꝛ iuge sacrificiū ꝛ sil'ia q̄ erant figuratiua vnius sacrificij ꝑfecti. s. xp̄i in cruce offerendi. Et ideo ista impleuit xp̄c vno mō corꝑalit' patiendo in corꝑe in cruce. Alio mō efficatius sacrificiū. s. eucharistiā instituēdo. Quedā etiā cerimōialia ꝑtinebāt ad sacramenta. ꝛ de talibus erant p̄cepta ꝓhibitiua vsuū aliquoꝝ ciboꝝ ꝛ cōsimilia. ꝛ ista adimpleuit xp̄c. qꝛ dicit Petrus Actu. x. immundū ꝛ cōmune non intrauit in os meum. ꝛ multo fortius christus hec obseruauit. et sic ista precepta adimpleuit obseruando ꝛ obseruationem meliorem declarando. per talem enim abstinētiam a corporalibus cibis significabatur abstinentia a spiritualibus immundicijs. Hanc autem mundiciā instituit christus in lege euangelica que est mundissima dicens Math. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbūt ꝛ per consequens debuit cessare illa figura vel abstinētia. Propter quod dicitur Act. x. Que deus purificauit. tu cōe ne dixeris quia nullus cibus co-

inquinat hoīes qui cum grāruāctōne
ꝯcipiꝰ ⁊ hoc est qꝺ dicit xp̄c math.xv.
Qꝺ intrat in os nō coinquinat aīam
dimisit tn̄ deus in ordinatione eccle ꝺ
aliqbus abstinētijs faciendis ꝓ loco ⁊
tpe. ⁊ sic pꝫ excellentia legis xp̄i qͣtuꝫ
ad totū corpus. ⁊ quō xp̄s legē adim-
pleuit qͣtū ad oīa genera p̄ceptoꝝ. Est
etiā ꝑfectissima ꝑ amotōeꝫ velaminis
qꝺ significatū est. qꝛ tunc sacramenta-
talia ⁊ cerimonialia mutata sunt q̊ ad
effectū sed nō q̊ ad obseruantiā. qꝛ cuꝫ
honore sepelire debuit synagoga mat
nr̄a. Legalia.n.tripliciter considerā
tur. primo q̄ñ viua ante passionē. ⁊ tūc
iudei tenebāt cōſuare ex p̄cepto. Se-
cundo q̄ñ mortua.s.a passione dn̄i vsqꝫ
ad fidei manifestā reuelatiōem. ⁊ hoc
tpe ꝑmissum erat eis seruare, ⁊ petrus
seruauit. Tercio cōsideraꝰ tp̄s in q̊ fu-
erūt mortua.s. post fidē reuelatā ⁊ ex-
tūc nec p̄cepta nec ꝑmissa ꝫ oīno ꝓhi-
bita ne cineres mortales.s. synagoge
sepulte de tumulo ꝓdirent qꝺ horribi
le foret ⁊ fetidū. Sic ergo lex noua in
toto corpe ꝑfectissima ē sicut ex oppo-
sito lex vetus toto corpe iꝑfecta. Dia
etiā cōtēta in lege noua vt dicit doctor
subtilis scotus in ꝓlogo primi sniarū.
q.ij. sūt rōnabilissima.i. ꝙ nihil tradit
dissonū rōni. ⁊ in hoc multū cōmēdaꝰ
excellentia legis noue. Quid.n. rōna-
bilius qͣꝫ deū tāqꝫ finē ⁊ vltimū supra
oīa debere diligi ⁊ ꝓximū sicut seip̄m
.i. ad id ad qꝺ seip̄m ſm Greg. In q̄-
bus duobꝰ p̄ceptis dependet vniuersa
lex ⁊ ꝓphe. math.xxij. Item math.vij.
oīa que vultis vt faciāt vobis homies
⁊ vos facite eis. ex istis q̄si ex p̄ncipijs
practicis alia practica i scp̄tura sequū
tur tradita honesta ⁊ rōni cōsona sicut
de eoꝝ rōnabilitate patere pōt singil-
latim cuilibet ꝑtractanti de p̄ceptis et
cōsilijs ⁊ sacramētis. qꝛ in oībus vide
tur eē quasi quedā explicatio legis na

ture q̊ ſm apl'm ad Romañ.ij. scripta
est in cordibus nr̄is. ⁊ hoc quo ad mo
ralia. de quo aug.ij. de ci. dei. ca.xxviij
in fine. Nihil in eis turpe aut flagitio-
sum spectandū imitandūqꝫ ꝓponitur
vbi veri dei aut p̄cepta insinuanꝰ aut
miracula narranꝰ. aut dona laudanꝰ:
aut beneficia postulanꝰ. De credibili-
bus etiā pꝫ. qꝛ nihil credimus de deo
ꝙ aliquā imꝑfectiōꝫ iportat. imo siq̄d
credimus verū eē magis attestaꝰ ꝑfe-
ctōni diuine qͣꝫ eius oppositū. pꝫ ꝺ tri
nitate ꝑsonarū de incarnatiōe verbi et
hmōi. nihil.n. credimus incredibile qꝛ
tunc incredibile eēt ea mundū credere
sicut deducit aug. de ci. dei. libro.xxij.
ca.v. mūdū tn̄ ea credere nō est incre-
dibile qꝛ hoc videmꝰ. Tercio oñdiꝰ ex
cellētia legis noue ex tercio gradu ꝑfe
ctionis eiusdē.s. ex miraculoꝝ clarita-
te qꝺ sic deducit p̄dictus doctor subtil'
deus nō pōt eē testis falsus. ꝫ ip̄e inuo
catus a p̄dicante scripturā vt oñderet
doctrinā eius eē verā. fecit aliqꝺ opus
sibi ꝓpriū. vtpote miracula ac ꝓ hoc te
stificatus est hoc eē verū qꝺ ille p̄dica
uit. Confirmaꝰ ꝑ Richardū p̊ de tri.c.
ij. dn̄e si error est a te decepti sumꝰ. naꝫ
tantis signis cōfirmata sunt q̄ nō nisi
a te fieri pn̄t. ꝙ si dicas miracula non
fuisse facta. cōtra hoc dici pōt illa sen-
tentia aug. de ci. dei. li. xxij. ca.v. si ista
miracula eē facta nō credunt. hoc vo-
bis vnū grande miraculū sufficit. ꝙ iā
orbis terrarū sine vllis credit miracul'
Si.n. qꝺ credimꝰ dicaꝰ incredibile eē
nō minus est incredibile. homies inq̄t
ignobiles quo ad genus. infimos quo
ad reputatōꝫ. paucissimos quo ad nu
merū. qꝛ.xij. imperitos quo ad sciētiā
qꝛ piscatores. rē ita incredibilē.s. xp̄m
esse verū filiū dei passum ꝓ genere hu
mano in cruce tercia die resurrexisse ⁊
ad celum ascendisse taꝫ efficaciter mū
do doctis ꝑsuadere potuisse vt mūdus

credat illud sicut iam credidisse vide-
mus nisi ꝑ illos aliq̄ mira fierēt ꝑ que
mundꝰ ad credendū induceret. vñ sub
dit ibi Aug. iuxta finē capituli ⁊ ꝓpte-
rea mundꝰ nūero exiguo ignobiliū in
firmoꝝ ⁊ imperitoꝝ hoīm credit. q̄ꝛ in
tam ꝯtemptibilibꝰ testibꝰ multo mira-
bilius diuinitas seipsam ꝑsuasit. quid
enī incredibiliꝰ q̄ꝫ ꝙ ad legem ꝯtrariā
carni ⁊ sanguini doctores pauci et ru-
des ⁊ paupes ad fidē plurimos sapiē-
tes ꝯuerterūt. qđ spāliter pꝫ de multis
prudētissimis ꝑ fidei rebellibꝰ vt pꝰ cō-
uersis vt de paulo prius ꝑsecutore ptꝰ
gentiū doctore.. De augustino priꝰ per
manicheos seducto pꝰ doctore catholi
co. De dyonisio priꝰ pħo postea pauli
discipulo. De cipriano prius mago pꝰ
ep̄o xp̄ianissimo ⁊ sic de alijs innume
ris. Contra idem scđo potest dici illud
idem Aug. li. x. de ciui. dei ca. xviij. an
dicet aliq̄s ista falsa eē miracula nec fu
isse facta ꝫ mendaciter scripta. Quis-
q̄s hoc dicit: si de hijs rebꝰ negat oīno
vllis lr̄is esse credendū pōt etiam di-
cere nec deos vllos curare mortalia:
⁊ ibidē si libris magicis sine qđ hone-
stius putant theoricꝭ credūt. cur illis li
bris credere nolūt ista esse facta q̄bus
tanto maior debet fides quāto sup om
nes est cui soli sacrificandū eē ꝑcipiūt
Cōtra idem tercio ē q̄ꝛ q̄dam sūt facta
q̄ nisi a nimis ꝓteruiētibꝰ negari ñ pñt
vt sunt mirabilia facta a siluestro corā
ꝯstantino tam in curatōe lepre eius q̄ꝫ
postea in disputatōe eiꝰ ꝯtra iudeos q̄
facta tanq̄ꝫ celeberrima mūdū nō latu
erūt. Forte dices ꝙ licet miracl'a sūt
facta nō tñ sunt testificantia veritatem
quia antixp̄s faciet miracula. Contra
si aliquis vocatus in testem signū con
suetum testificatōnis ꝑmittat adduci
et presens nō contradicat talis tacitur
nitas non stat cum veritate ꝑfecta mi-
racula autem est tale signum dei vt te-

stis sibi: igit si ꝑmittat miracula fieri a
demonibus nō ꝯtradicens annunciās
videlicet nō esse sua testimonia: nō vi-
dent esse vera ꝑfecte qđ est impossibi-
le ⁊ ꝑ hoc dicit ad illud de antixp̄o: q̄ꝛ
xp̄c p̄dixit miracula facienda per eum
nō esse testimonia veritatis: vtꝫ Mat.
xxiiij. et. ij. ad Thessalo. ij. vnde contra
falsa miracula antixp̄i posset sibi obij-
ci saltem de istis duobus hoc modo si
tu es deus fac me videre nudā diuinā
essentiam ⁊ post visionem memoriam
certā habere visionis et certitudinem
habere ꝙ illa fuerit visio nuda diuine
essentie ⁊ tūc credaꝫ tibi. Item si tu es
deus dic mihi quid faciam aut q̄d co-
gitabo vel q̄d appetā ꝓ tali die vel ho-
ra. Et huiꝰ vie efficaciā ex miraculis in
nuit saluator Johā. v. ⁊ opera que ego
facio illa testimoniū perhibent de me.
Si mihi nō vultis credere operibꝰ cre
dite et sic patet excellentia noue legis
ex miraculoꝝ claritate. Quarto oñ-
dit excellentia legis noue ex quarto ḡ-
du ꝑfectōnis eiꝰ. s. ex ecclesie subtilita-
te q̄ ad caput et membra. Et primo q̄
ad caput ꝑ illud aug. de vtilitate credē
di ca. viij. Dubitamꝰ nos eiꝰ eccl'ie cre-
dere gremio q̄ vsq̄ꝫ ad ꝯsummationem
generꝭ hūani ab apl'ica sede ꝑ successi-
ones ep̄oꝝ frustra hereticꝭ circūlatrāti-
bus ⁊ ꝑtim plebis ipsiꝰ iudicio ⁊ ꝑtim
ꝯsilioꝝ ḡuitate ⁊ ꝑtim ex miraculorū
maiestate dānatꝭ culmen auctis obti-
nuit. ⁊ paꝝ pꝰ q̄d ē ꝙ tā ingratū p̄t eē ori
dei q̄ꝫ tanto labore prauitate aucti vel-
le resistē. Vñ gamaliel Act. v. Si ē ex
hoibꝰ ꝯsiliū ħ aut opꝰ dissoluet si ꝟo ē
ex deo nō poteritꝭ dissoluere ne forte ⁊
deo repugr̄e videamini. Etiam lu. xxij.
ait dñs. Ego rogaui ꝓ te vt nō deficiat
fides tua ⁊ tu aliqñ ꝯuersus ꝯfirma fra
tres tuos. Scđo ptꝫ stabilitas eccl'ie q̄
ad mēbra. vñ aug. ꝯ epl'aꝫ fundamēti.
Quis ei tātā multitudiem ad pctīn ꝓnā

ad legem ꝯtrariā carni et sanguini ser-
uandā induceret nisi deꝰ. Cōfirmat̃ q̄ꝛ
iudeoꝝ secta non manet in vigore sic ꝯ
eos deducit aug. in sermōe de aduentu
vos inq̄ꝫ ꝯuecio o iudei ⁊c̃. Si obijcit̃ ⁊
de ꝑmanētia secte machometi. Rn̄sio
illa incepit pꝰ legē xp̄i plusq̄ꝫ sexcentis
ānis vt dicet̃ li. iiij. ⁊ ꝓphia dī esse apud
eos ꝙ secta eoꝝ cito finiēda ē nō est sic
de lege xp̄i q̄ꝛ ip̄e dixit Mat. xxiiij. ce-
lū ⁊ terra trāsibūt v̄ba aūt mea nō trā-
siēt. q̄si dicat lex mea sine fine durabit
q̄ꝛ v̄ba xp̄i sunt lex eiꝰ. Itē manēte sa
crificio leg̃ noue manet et lex noua: ꝫ
vsq̄ꝫ ad finē istud sacrificiū durabit ꝑꝫ
Math. vl. vbi dicit saluator. Ecce ego
vobiscū suꝫ. s. in sacro altar̃ vsq̄ꝫ ad cō-
summatōneꝫ scl'i. lex ḡ xp̄i in q̄ tale sa-
crificiū ꝯtinuabit̃ durabit vsq̄ꝫ ad con-
summatōem seculi. Item dicit ap̄ls. j.
Coꝛ. xj. Quotiēscūq̄ꝫ manducabit̃ pa
nem hūc ⁊ calicē bibetis moꝛtē dn̄i an
nūciabit̃ donec veniat. s. ad iudicium.
Est ḡ lex noua excellētissima ꝓpter suā
ꝑpetuā stabilitatē ⁊ capite ⁊ in mēbꝛis

Quinto ondit̃ excellentia leg̃ noue
ex quinto ḡdu eiusdē. s. ex dīna bonita
te q̄ nō deest toto coꝛde q̄rentibꝰ salu-
tem. multi em̄ diligētissime q̄rentes sa
lutem: ad hāc legē ꝯuersi sunt ⁊ quan-
to feruētioꝛes facti sunt in q̄rendo tan
to in hac lege ampliꝰ sūt ꝯfirmati subi
toq̄ꝫ in ea penitētes de malicia in boni
tatem mutati sunt et q̄d ampliꝰ in ad-
mirationē inducit est ꝙ potentes ꝑfrui
honoꝛibꝰ mūdi diuitijs eiusdem ⁊ deli
cijs ad libitū vti hec velut stercoꝛa arbi
trātes humilitatē paupꝛtatē ⁊ castitatē
q̄ eis opponunt̃ amplexātes sub religi
onis voto tp̄e vite sue crucifixi mūdo et
mundꝰ eis se volūtarie astrinxerūt sic
q̄tidie experimur. Toꝛmenta q̄ꝫ ꝑ eaꝫ
plures in magna exultatōe sp̄us ⁊ tri-
sticias sunt ꝑpessi q̄ n̄ vident̃ ꝓbabilia
nisi deꝰ hāc legeꝫ singulariter ⁊ irrefra-
gabiliter appꝛobaret ⁊ oꝛdinaret ad sa
lutem tanq̄ꝫ excellentissimā ⁊ ꝑfectissi
mā legē sine q̄ salus esse non potest.

Sexto ⁊ vltimo ondit̃ excellētia le-
gis noue ex sexto gradu ꝑfectōis eius-
dem. s. ex amenissima ꝓmissoꝝ incom
ꝑabilitate. In lege em̄ veteri ꝓmissa i-
ꝑfecta fuerūt. ꝓmittebant̃ em̄ tria scilꝫ
bona tp̄alia. vita tp̄alis. ⁊ pax tēꝑalis.
De p̄o leui. xxvij. Si in p̄ceptis meis am
bulaueritis ⁊ mādata mea custodieri
tis ⁊ feceritis ea dabo vob̄ pluuiā tp̄i-
bus suis ⁊c̃. ysa. j. Si volueritis ⁊ au-
dieritis me bona terre comedet̃ ⁊c̃.
De sc̄do leuiti. xviij. Custodite leges
meas atq̄ꝫ iudicia q̄ faciens hō viuet i
eis Ro. iiij. Moyses scripsit q̄m iusti-
ciā que ex lege est q̄ fecerit hō: viuet in
ea. De tercio leui. xxvij. dabo vob̄ pacē
in finibꝰ v̄ris doꝛmietis ⁊ erit q̄ exterre
at. Item deu. xxviij. Si audieris vocē
dn̄i tui vt facias om̄ia mādata eiꝰ faciet
te excelsioꝛē oibus gentibꝰ ⁊c̃. s. in tp̄a
libus. Ecce ꝓmissa legis moysi. Sꝫ
quid ꝓmittit lex machometi. Certe ꝓ-
mittit suis credentibꝰ ꝓ finali beatitu-
dine illud q̄d debet̃ poꝛcis ⁊ azinis. scꝫ
gulā ⁊ coitū. Quā ꝓmissionē ph̄s de-
spiciens q̄ fuit q̄si istiꝰ secte. s. auicēna.
vij. methaphizice. vij. c. Aliū s fine quasi
si ꝑfectōnē ⁊ hoim magis ꝯgruentē in
quit lex nostra quā dedit machometꝰ
ondit infelicitatis dispōnem ⁊ miserie
q̄ sunt ꝛm coꝛꝑis sensus. ⁊ est alia pꝛo-
missio q̄ appꝛehēdit̃ ab intellectu. Se
quit̃ ibi sapientibꝰ multomagis cupi-
ditas fuit ad ꝯsequendā hāc felicitateꝫ
q̄ꝫ coꝛꝑis q̄ q̄uis daret̃ eis nō tn̄ atten-
derūt nec appꝛeciati sunt eam in ꝯpati
one felicitatis q̄ est ꝯiuncta pꝛime veri
tati. hec ille. Nobis autē in lege xp̄i ex
cellentioꝛa ꝓmittūtur q̄ꝛ ꝓmisit bona
sp̄ualia ⁊ eterna. s. gratiam in pꝛesenti
que p̄cellit omnibꝰ bonis tempoꝛali-
bus ⁊ etiam gloꝛiaꝫ in futuro. Tria

aūt spāliter obseruantib⁹ dei mandata
ꝓmisit.s.regnū celoꝝ vitam eternam:
ꝛ pacem sine fine. De primo Mathei
iij. Penitentiam agite appropinqbit vobis
regnū celoꝝ. De scdo Math. xix. ois
qui relinquit domū vel fratres aut so-
rores aut prēm aut matrē vxorem aut
filios aut agros ꝓpter nomē meū cen-
tuplū accipiet. Non est sic intelligen-
dum vt aliq dixerūt ꝙ post aliquā re-
uolutionem tempoꝝ post iudiciū cen-
tuplū omniū q̄ dimittunt hic propter
deū reddat in eadem specie vt centum
agri p vno agro dimisso: ꝫ est sensus ꝙ
q̄ corꝑalia p xp̄o dimiserit bona gratie
recipiet hic in p̄senti q̄ in tm̄ excedunt
bona temꝑalia ac si centenari⁹ nume-
rus ꝑuo numero compet ꝛ vitam eter-
nam possidebit.s. in futuro. De tercio
Joh. v. Pacem relinquo vobis. pacē
meā do vobis.s.qualis ego sum: quia
etern⁹ cum patre ꝛ spūsancto non qua-
lis est mūdus q̄ transit ei⁹ pax. Et nō
est mirū si xp̄c dat suis credentib⁹ pa-
cem eternā: qꝛ ipse est princeps pacis:
ysa.ix.sequit ibidem ꝛ pacis nō erit fi-
nis. hāc ꝓmissionē p̄dixerat ysaias fiē-
dam suis credentib⁹ p regem messiam
ca.xxxij. vbi dicit sedebit ppl's meus i
pulchritudinē pacis qꝛ pax celestis ex
nulla parte impediet seu obscurabit.
In tabernaculis.i.in mansionibus di-
uersis ꝺm diuersitatē ꝛ varietatē meri-
toꝝ. De quib⁹ Joh. xij. In domo pr̄is
mei mansiones multe sunt. fiducie q̄a
om̄s sunt ibi certi de sue beatitudinis
eternitate ꝛ in requie opulēta qꝛ ibi to-
taliter quietabit appetit⁹ ꝺm illud p̄s.
xvj. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua.
Sil'r in lege veteri ꝯminatio erat mors
temꝑalis. vñ ysa.j. Si me ad iracundi-
am ꝓuocaueritis gladi⁹ deuorabit vos
sed in lege noua ꝯminat mors eterna.
Math. xxv. Discedite a me maledicti
in ignem eternū. Sic ergo patet excel-
lentia legis noue ex p̄dictis sex gradi-
bus. Ex quib⁹ correlatiue sequit legem
xp̄i esse priorem lege moysi. nō quidē
temꝑe sed ꝑfectōne: licet fides xp̄i fue-
rit prior lege moysi prioritate nō solum
ꝑfectōnis sed etiā temꝑis qꝛ ante. cccc
xxx. annos vt patuit supra eadem con-
sideratōne ar. ij. Et notandum ꝙ euā-
gelium xp̄i dicit lex a legendo quia in
eo legit diuina iusticia. dicit lex a ligā-
do qꝛ p ipsum ligat humana insolētia
dicit lex a legendo.i.colligendo. qꝛ de
ipsa colligit sapida scientia. dicit lex a
legando: quia in ipsa legat beatitudo
eterna. Lex euangelica est illa lex de q̄
dicit Ecclesiastici. xxiiij. Hec om̄ia li-
ber vite ꝛ testamentū altissimi ꝛ agni-
tio veritatis. Vere liber vite est qꝛ ver-
ba euangelica animā viuificāt. vere eti-
am testamentū altissimi qꝛ verba euan-
gelica eterna premia obseruantib⁹ ꝓ-
mittūt. vere etiā agnitio veritatis quia
verba euangelica erroꝝ tenebras a mē-
tibus fugant. Hec est lex que in se est
sincerissima et absq; omni admixtōne
falsitatis ꝓpter qd̓ dicit lex dñi imma-
culata ꝛc. p̄s. xviij. hec est etiam respe-
ctu omniū virtuosissima ideo dicit cō-
uertens animas. lex euangelica aīam
dulcificat ꝯtra mundi multiplicē pres-
suram quia est testimoniū dñi fidele sa-
pientiam.i.sapidam scientiā prestans
paruulis.i.veris humilibus. Ipsa ni-
hilominus animas letificat contra cor-
dis tristiciā ꝛ hoc est qd̓ sequit iusticie
dñi recte letificantes corda. letificātes
quidem qꝛ ꝓmittūt penitentib⁹ veniā
ꝛ ꝑseuerantibus gloriā. Ipsa etiā aīas
illuminat ꝯtra ignorantiā: qꝛ ē p̄ceptū
dñi lucidū illuminās oculos. beat⁹ er-
go hō quē tu erudieris dñe ihū ꝛ d̓ le-
ge tua docueris eum. p̄s. xciij.

Q' verus messias debet nasci i
bethleem.

q Partꝰ thesaurꝰ apit̃ de loco natiuitatis messie quez ꝑnũciauit ⁊ determiauit specifice sac̃ scriptura Michee.v. Et tu bethleem effrata puulꝰ es in milibus iuda: ex te mihi egrediet̃ q̃ sit dñator in isrl̃. translatio caldaica hꝫ. Ex te egrediet̃ messias: h̃ aũt vt ipsi ⁊ nos ꝓcedimꝰ impletũ ẽ in ihũ nazareno q̃ natꝰ ẽ in bethleez vt pꝫ Math.ij. Seq̃t̃ de eiꝰ deitate. Et egressus eiꝰ ab initio a diebꝰ eternitatis eiꝰ. Per h̃ aũt dicũt aliq̃ ꝙ nõ intelligitur deitas etꝰ ꝫ ꝑuisio ⁊ deꝑstinatio natiuitatis eiꝰ a diebꝰ eternitatis siue ab eterno. Sꝫ h̃ rñsio nihil valet qꝛ ꝑuisio ab eterno de rebꝰ oibꝰ ẽ cõis etiã de minimis qꝛ oia sũt ꝑuisa ab et̃no ⁊ ꝑ h̃ non intelligeret̃ aliq̃ spãlitas in xp̃o respectu alioꝝ ꝓphaꝝ q̃tumcunq̧ mioꝝ. Et iõ dicũt aliq̃ iudei de nomie messie qd̃ fuit ab et̃no añ mõm creatũ. Septem em̃ dicũt añ mõm ⁊ ab et̃no creata. scꝫ lex pnia iehenna. domꝰ sctũarij. thronꝰ gl̃ie. ꝑadisus voluptatis. ⁊ nomẽ messie. Et sic exponũt illd̃ geñ.ij. plantauerat dñs deꝰ ꝑadisum voluptat̃ a principio .i. añ mõm ꝑ duo milia ãnoꝝ. ⁊ sic exponũt illud ⁊ egressus eiꝰ a ꝑncipio a diebꝰ eternitat̃ de noie messie qd̃ fuit añ mõm creatũ mõ ꝑdicto. Sꝫ h̃ ita irrõnabilia sũt ꝙ nõ indigẽt reprobatõe lex em̃ nõ potuit creari nisi in aliq̃ itellectu: nõ dino qꝛ nihil ẽ ibi creatũ nouiter nec in alio. qꝛ nullũ tale erat ante mõm. Silr̃ pnia nõ est nisi de pctõ ꝑterito iõ nõ est añ mõm: qꝛ pctm̃ ñ fuit añ mõm cũ pctm̃ h̃ret eẽ in hoie vl̃ angelo q̃ scõm ipos nõ pñt fuisse añ mũdũ ⁊ ꝯsil̃i mõ pñt alia reprobari q̃ causa breuitatis omitto.

Qꝛ nomen messie debuit esse nouũ. et illud est ihesus.

q Vintus thesaurus apit̃ de nomine messie qd̃ ante eiꝰ aduentum incognitũ erat. dixerat em̃ Isai. in ca.lxij. vocabit̃ tibi nomẽ nouũ qd̃ os dñi noiauit. Istud nouum nomen ore dñi ꝑ angelũ fuit denũciatũ Joseph ⁊ marie ꝟgini qd̃ esset ihs. Istud preciosum nomen ineffabile fuit dictũ. Greci ꝟo thetragramaton nominauerunt. a thetra qd̃ est q̃tuor ⁊ grama lr̃a quasi nomẽ q̃tuor lr̃aꝝ. Et vt videat̃ nouitas istiꝰ benedicti nois ihs: aperio q̃nq̧ mirifica secreta ꝑdicti ineffabilis nominis thetragramaton. Primuꝫ secretũ est ꝙ in clemẽtario sicut scribit̃ a iudeo ab eo ꝓferri nõ põt. Scribit̃ em̃ q̃tuor lr̃is. s. Joth. henaf. he. velut si nostris vtamur lr̃is. ih. uh. vñ ⁊ a grecis thetrag̃maton. dꝛ vt dictuꝫ est ꝙ hebrei ꝓnunciant Adonay: aliter scribentes ⁊ aliter ꝓferẽtes. qꝛ nõ est eis datuꝫ ineffabilitatem huiꝰ nois penetrare. vnd̃ nec valent ꝓferre. Scõm secretũ est: ꝙ istud sctm̃ nomẽ significat misteriũ trinitatis ⁊ vnitatis diuine essentie tres nanq̧ lr̃e sunt quibꝰ ipm sctm̃ nomen scribit̃ sed vna eaꝝ bis ponit̃. s. he. que innuit spm̃sctm̃ ꝓcedere tam a filio q̧ a patre. yoth idẽ est ꝙ principiũ ⁊ ꝯuenit patri qui est principiuꝫ sine principio: qꝛ pater a nullo ꝫ alie ꝑsone ab eo ꝓcedunt. he interpretat̃ vita ⁊ ꝯuenit spũi sctõ q̃ est oim viuificator et inspirator: sicut ipse dñs ait Jo.vj. Spũs est qui viuificat. vaf. idem sonat ꝙ ipse qd̃ est ꝓnomen demonstratiuuꝫ ⁊ significat filium qui visibilis et demonstrabilis factus est in assumpta humanitate: qꝛ in terris visus est ⁊ cũ hominibꝰ ꝯuersatus est Baruth.iij. Terciũ secretũ est ꝙ istud sanctũ nomẽ vt tradũt peritissimi hebreorũ tante virtutis est vt si distinguat̃ in tres dictõnes quelibꝫ significet nomen dei. ꝑ se idipsum significans qd̃ ⁊ integrũ nomẽ qd̃ ex q̃tuor lr̃is ꝯstat. Si ei ꝑmã ꝯiũxerit̃ ⁊ scdaꝫ. s. yoth ⁊ he. erit vnũ nomen. Si scdaꝫ et

terciã.s.he.⁊ naf.iaꝫ habebis scðm.Si
terciã ⁊ quartã.s.naf.⁊ he inuenies ter
ciũ nomẽ vt innũera trinꝰ⁊ vnꝰ q̇ h̃ no
mine designat. Quartũ secretũ qð
his maius est ꝙ ita scðm nomen ꝓpa
gat a p̃mo ⁊ terciũ a scðo vt aliud sine
alio ꝓnunciari nõ possit. he nanqꝫ lite
ra cõis est primo nomini ⁊ scðo naf cõ
munis est scðo ⁊ tercio. in hoc ꝙ scðm
nomen descendit a primo oñdit filius
ꝯsubalis patri a q̇ genitꝰ est. In h̃ vero
ꝙ terciũ descendit a scðo oñdit spiritus
sanctꝰ ꝯsubalis filio q̇ ꝯsubalis ẽ patri:
vt liqueat ꝙ pater est in filio et filiꝰ sit i
p̃re ⁊ spũssanctꝰ in p̃re ⁊ filio. Jo.xiiij.
Quintũ secretum est ꝙ in h̃ dei no
mine video ineffabili nomẽ ihu est in
sertũ imo nõ est aliud nomẽ ꝗ illð. pꝫ
tres em̃ lr̃e eiꝰ principales sunt yoth he
naf q̇ s̃m lr̃as nr̃as idem sunt ꝙ i h u.⁊
patet ꝙ iste tres lr̃e ꝯiuncte faciũt istud
nomẽ ihu titellꝰ supraponit̃ ꝓpter titu
lum crucis.he v̾o vel h duplicat̃ signi
ficat nõ solũ spm̃sctm̃ ꝓcedere a patre⁊
filio ſ3 etiã misteriũ incarnatõnis desi
gnat.q2 spũsctõ cooꝑante ⁊ nõ ex virili
semine ꝯceptꝰ est messias ih̃s xp̄c dñs
noster vt primũ he referat̃ ad ꝓductõ
nem spũssancti.Scðm v̾o ad ꝯceptio
nem siue incarnatõeꝫ v̾bi diuini.Ecce
ꝗ nomẽ nouũ:q2 nouiter ab angelo ꝓ
nunciatũ:nõ potentibꝰ iudeis illð pri
mo ꝓnũciare.⁊ sicut ipse messias voca
tus est noie nouo sic etiã serui sui sicut
p̃dixerat ysa.in ca.lxv.seruos suos vo
cabit noie alio in q̇ qui bñdictꝰ est suꝑ
terrã bñdicet̃ in dño amen.Serui eniꝫ
dei añ aduentũ messie vocabant̃ iudei
vel isrl̃.ſ3 messias in suo aduentu debe
bat eos vocare alio noie vt nõ iudei.ñ
isrl̃:ſ3 xp̄iani a xp̄o noient̃. Sed oriũ
tur due difficultates q̃s forte moueret
iudeꝰ. Prima est cum pluribꝰ alijs no
minibꝰ messias noiet̃ in scripturis sciliꝫ
emanuel ysa.vij.admirabilis.ꝯsiliariꝰ
deus fortis.princeps pacis.pater futu
ri seculi.ysa.ix.q̃re ergo nõ illis ſ3 voca
ri voluit ih̃s.Rñdet̃ ꝙ s̃m ph̃m a fine
denoiat̃ res primo de aia.xp̄us igit̃ de
buit denoiari a fine intento ꝙ finis fu
it saluatio humani generis. et ideo de
buit noiari ih̃s qð interp̃tat̃ salꝰ vl̃ sal
uatio.Ipse em̃ saluũ faciet ppl̃m suuꝫ
a pctis eoꝝ Math.j.Item dicit sanctꝰ
Thomas ꝙ potiꝰ debuit noiari isto no
mine qð est salꝰ vel saluatõ ꝗ aliq̇ alio
q2 om̃ia alia noia includunt̃ in isto:pꝫ
Nam saluatio generis humani ꝯtinet
principiũ mediũ ⁊ finẽ. Istud ĩ nomen
emanuel qð interp̃tat̃ nobiscũ deus ẽ
principiũ saluatõnis nr̃e. quõ in dino
supposito vnite sunt due nature scꝫ di
uina ⁊ hũana.Ista v̾o noia admirabi
lis.ꝯsiliariꝰ ꝯtinẽt mediuꝫ.Ista nomia
princeps pacis.pr̃ futuri secl̃i. ꝯtinent
finẽ.q2 nr̃a saluatio ad pacẽ ⁊ ad futuꝝ
seculum possidenduꝫ ordinabit̃.Sed
istud nomen benedictum ihus totum
ꝓcessum ratõne saluatõnis ꝯtinet scili
cet principiũ mediuꝫ et finem. Jõ isto
noie ih̃s tanqꝫ magis sufficienti: q2 in
cludit omnia alia nomina debuit mes
sias nominari. Secunda difficultas
est. diceret eniꝫ iudeus quõ tu dicis ꝙ
istud nomen iesus est nouum cuꝫ alij
tres ante aduentum ihu nazareni fue
runt vocati isto nomine scilicet ihesus
sirach ihesus naue.⁊ ihus filius Iose
dech sacerdos.Responsio ꝙ istud no
men ih̃s est nomen nouum in xp̄o ꝓ
pter effectum nouum:quia et si ĩ alijs
qui vocati sunt nomine ih̃s. nomẽ fue
rit correspondens ꝓprietati quia salua
uerunt ⁊ fuerũt saluatores. Istud fuit
in tempalibus:nõ in spũalibus.illi sal
uauerũt ppl̃m a multis malis ⁊ dãnis
non tñ a culpa ⁊ pctis sicut bñdictꝰ nr̃
ih̃s dicẽte angelo ioseph Mat.j. voca
bis nomẽ eius ih̃m. ipse em̃ saluũ faci
et ppl̃m suum a pctis eoꝝ. Iteꝫ illi sal

da q̄ ad theologiaꝫ. Tercia rō est hec.
Ad illā sciaꝫ principaliter spectat dis-
cernere que assertio est catholica que
heretica est censenda.cuiꝰ auc̄tas habꝫ
simbolū fidei ⁊ articl̄os ordinare ⁊ ar
ticulos fidei recte ⁊ rite distinguere ſꝫ
hoc spectat ad sūmū pontificē q̄ actor
est scientie canonistarū.ergo ꝑ ꝯn̄s ad
ipos principalius q̄ ad thelogicos ꝑ-
tinet diffinire.que assertio catholica q̄
heretica debeat reputari. Alij indubi-

tanter tenēt ꝙ ad theologiā spectat nō ꝑ modū diffinitōis auctoritatiue sed ꝑ modū doctrine principaliter diffinire que assertio catholica q̄ heretica censenda est. ⁊ ꝙ ad canonistas nō ptinet nisi inquantū eoꝝ scia aliqua ad fideꝫ spectantia dinoscit̄ mendicare a theologia qd̄ nitunt̄ rōnibus affirmare. q̄rū prima est hec. Ad illius scie doctores ꝑꝑ quā solūmō dicit̄ assertō catholica vel heretica principaliter spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio est catholica reputanda. Sed ꝑ theologiā solūmō scit̄ quecunqꝫ assertio catholica reputanda. qr̄ illa assertio sola que est cōsona theologie ē vere catholica. Illa vo͛ que theologie noscit̄ aduersari esse dinoscit̄ heretica. Si enīꝫ aliqua assertio quibuscunqꝫ de causis summoꝝ pontificū vel etiā generaliū cōsilioꝝ aut etiam impatoꝝ legibꝰ inueniret̄ aduersa si theologie nullatenus obuiaret q̄uis pro falsa ⁊ erronea posset haberi. nō tn̄ deberet inter hereses cōputari. ergo ad theologie tractatores principaliter ꝑtinet diffinire per modū doctrine. que assertio catholica ⁊ que heretica censenda est. Secunda rō est hec. Ad illius scie tractatores in qua explicite ⁊ cōplete tradit̄ regula fidei ortodoxe. principaliter spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio catholica q̄ heretica est cēsenda. Hmōi aūt est scia theologica nō canonistarū multa. n. ad fidē nr̄am spectātia i theologia repiunt̄ explicite. d̄ q̇bus in scia canonistaꝝ mencio nō hr̄. nihil auteꝫ ꝑtinens ad regulā fidei in alia scia poterit repiri. nisi ꝙ a theologia recipiūt ergo ad theologos noscit̄ talis diffinitio ṕncipaliter ꝑtinere. ad canonistas nō spectat nisi inquantū aliqua theologica a theologia noscunt̄ mēdicare Tercia rō est hec de assertōibus quas scia supior ⁊ inferior tractare noscunt̄ habet supior scia principalius iudicare. Sed de quibusdā assertionibus catholicis ⁊ hereticalibus theologia q̄ ē supior ⁊ scia canonistaꝝ que ē inferior aliquo mō ꝑtranctant ergo ad theologiā ꝑtinet principalius talis diffinitio ⁊ ꝑ ꝯn̄s ad theologos principalr̄ spelctat diffinire ꝑ modū doctrine. que assertio catholica que heretica est cēsenda. Plures alias solēnes rōnes facit vbi supra venerabil' ochan ꝫ hee sufficiant ꝓ pn̄ti. Restat aūt videre ad rōnes canonistaꝝ. Ad primā nōnulli respondent theologi dicētes ꝙ ad theologiā nō ad sciam canonistarū spectat principaliter de approbatōe veritatuꝫ catholicarū ⁊ reprobatōe heresum dānataꝝ tractare. cuius rōnē assignāt dicentes ꝙ assertio veritatis est approbatio veritatis. qui. n. aliqd̄ dictuꝫ asserit eē verū approbat illud dictū tanqꝫ verū. assertio veritatis est approbatio veritatis. Approbatio aūt veritatis ē reprobatio cōtrarie falsitatis. qr̄ qui aliquā approbat veritatē. ꝑ cōseqūēs cōtrariā reprobat falsitatē. sicut q̇ p̄cipit vnū cōtrarioꝝ ꝑ ꝯn̄s ꝓhibet aliud. vt notat glo. in decreto di. j. hūanū super verbo ꝓhibet̄ assertio. ergo veritatum theologicarū ꝑ quandā cōseqnentiā ē reprobatio oīm heresuꝫ cōtrariaꝝ. Cū ergo ꝑ theologiā principaliter v͛itates theologice asserant̄. sequit̄ ꝙ approbatio veritatū theologicarū ⁊ damnatio heresum principaliter ad theologiam pertinet. Sed dices exquo talis approbatio ⁊ reprobatio ṕncipaliter ad theologiam pertinet ergo non tm̄ ad eam pertinet. Respondent p̄dicti dicē tes ꝙ ad sciaꝫ canonistarū ꝑtinēt libri decretoꝝ ⁊ decretaliū ⁊ alie questiōes summoꝝ pontificū ⁊ ep̄alc. in quibus quedā veritates theologice asserunt̄. ⁊ nōnulle hereses reprobant̄. licet tn̄ ille v͛itates ⁊ hereses sint pauce respectu

ſtarũ que in theologia habent. ⁊ ideo
non tm̃ ad theologiã ȝ etiã ad ſciẽtiaȝ
canoniſtarũ ſpectat aliquas veritates
catholicas approbare. ⁊ aliquas here-
ſes licȝ peucas reprobare. Ad theolo-
giã aũt ſpectant oẽs veritates catholi
cas approbare ⁊ oẽs hereſes reproba-
re. quare licȝ principaliter talis appro
batio ⁊ reprobatio ad theologiã perti
neat. ptinet tñ ſecundario nihilominꝰ
ad ſciam canoniſtaꝝ. Aliã rõnẽ addu
cunt dicentes theologia: veritates ca-
tholicas approbando ⁊ hereſes repro
bando a canoniſtarũ ſcia nihil oĩno re
cipit vel mendicat. Canoniſtaꝝ tñ ſciẽ
tia veritates catholicas approbãdo et
hereſes reprobãdo a theologia omia
mẽdicãdo pcedit. quare ad theologiã
hec principalius ⁊ vniuerſaliter ptine
re noſcunt ad canoniſtarũ ſciam ſecũ-
dario ⁊ pticulariter. Ad ſecundã rõ
nẽ canoniſtaꝝ rñdet ꝙ q̃tũ ad ea que
fidei ſunt magis credendũ eſt theolo-
gie q̃ cuicũq̃ alie ſcie. nulliſq; ſcripto-
ribus quarũcũq; ſciarũ ita optet crede
re ſicut ſcriptoribꝰ ſacre theologie au-
ctoritas beati aug. que adducit vt non
nulli dicunt freqũẽter a multis cõtra
intellectũ beati augu. peſſime allegat.
Ad cuius intellectũ dicũt eẽ ſciendũ:
ꝙ nomen eccie equoce in locis varijs
ſcripturaꝝ accipit aliqñ p loco corpa-
li diuinis officijs deputato. Aliqñ pro
aliquo ſpãli collegio clericoꝝ. aliqñ p
toto collegio oĩm clericoꝝ. Aliqñ pro
aliqua multitudine ſpãli cleri ⁊ ppli.
aliqñ p tota ꝯgregatõe oĩm fideliũ ſil'i
hac vita mortali degẽtiũ. Aliqñ vo no
men eccie nõ ſolũ totã cõgregatõeȝ vi
uentiũ ſed etiã fideles mortuos comp
hendit. ⁊ iſto vltimo mõ accipit ecciaȝ
beatus aug. in libro ꝯ manicheos. ⁊ re
citat di. xj. c. palã. Qui ait palã ẽ ꝙ in
re dubia ad fidẽ valeat catholice eccie
auctas que ab ipis fundatiſſimis ſedi

bus aploꝝ vſq; ad hodiernũ diẽ ſucce
dentiũ ſibimet epoꝝ ſerie. ⁊ tot pploꝝ
cõſentanee firmat vbi eccia catholica
epos ⁊ pplos a tpe aploꝝ vſq; ad ordi
nes ſibimet ſuẽcedẽtes importat. ⁊ ſic
accipit nomẽ eccie. Aug. cũ aſſerit ꝙ ñ
crederet euãgelio niſi eũ auctas eccie
ꝯpelleret. Iſta. n. eccia ſcriptores euã-
gelij. ⁊ oẽs pplos cõprehẽdit ſicut p-
batũ eſt. Quare ex aucte aug. ſane in-
tellecta inferri nõ põt ꝙ magis ſit cre-
dendũ ſũmo pontifici canonũ ꝯditori
q̃ euangelio ⁊ p ꝯñs p eã pbari nõ pt:
ꝙ maior fides ſit exhibenda ſacris ca-
nonibus q̃ euãgelio xpi. Cõcedunt tñ
ꝙ magis credendũ eſt eccie que ẽ mul
titudo catholicoꝝ oĩm q̃ fuerũt a tpi-
bus pphetarũ ⁊ aploꝝ vſq; mõ q̃ euã-
gelio. nõ q: de euãgelio ſit aliqualiter
dubitandũ ȝ q: totũ ẽ maius ſua pte.
Eccia igit q̃ maioris auctoritatis ẽ q̃
euangeliſta eſt illa eccia cuius auctor
euangelij ps eẽ dinoſcit. Nõ ẽ aũt mi
rũ ſi maior eſt auctoritas totius q̃ p-
tis. iõ maior eſt auctas totius ꝯgrega-
tõis cõphendẽtis euangeliſtas. ⁊ oẽs
alios orthodoxos vſq; ad hec tẽpa q̃
vnius vel etiã pluriũ pſonarũ ꝯgrega
tionis eiuſdẽ. Qꝝ aũt cõditor cano-
nũ nõ ſit maioris auctoritatis q̃ euan
geliũ ſed multo minoris ipimet cano-
nũ cõditores teſtant apte. Vrbanꝰ. n.
papa. vt hr̃. xxv. q. j. ca. ſunt quidã. ait.
Sciendũ vo ſũmope ẽ ꝙ inde nouas
leges põt cõdere põtifex ſupple roma
nus. vñ euangeliſte nequaq̃ aliqd di-
xerunt. vbi vo apte dñs vel eius apo-
ſtoli vel eoꝝ ſequaces ſancti pr̃es ſen-
tentialiter aliqd diffinierũt ibi romani
pontifices nõ nouã legẽ dare poſſunt
ſed potius quod p̃dicatum eſt vſq; ad
aiam ⁊ ſanguinẽ ꝯfirmare debet. ſi. n.
qõ docuerũt apli ⁊ pphete qõ abſit de-
ſtruere niteret nõ ſniam dare ſed ma-
gis errare conuinceret. Ex his igit col

ligitur euidenter q conditor conantu3 minoris est auctoritatis q̄ euangeliu3 sacrosctm̄.ↄtra qd nouam legem neq̄ q̄ condere pōt sed euangeliū defendere vsq ad animā ⁊ sanguinem obligat Contra qd si nouā legem dare psumeret esset de errore p catholicos ↄuincēdos. his Fabianus papa ↄcordat qui vt habet.xxiiij.q.iij.ca.qui omīpotentem deū metuit nec ↄtra euangelium nec cōtra aplos nec contra ꝓphas nec nec sanctoꝝ patrum instituta agere aliquid vllo mō cōsentit.Ex quibus verbis patanter habet q ↄditor canonum si omīpotentē metuit nihil cōtra euangelium ↄponere psumit statuere et ita nō maioris :ꝫ minoris auctoritatis q̄ euangeliū esse dinoscit q in pluribus capitulis in libro decretoꝝ in certis luce clari⁹ constat sicut ex distinctōne.ix. ca.noli.⁊.c.ego solis es ca.qs nescit et ca.noli.⁊ ca.neqꝫ.⁊ ex.xiiij. di.ca. sic.⁊ ex cā.ij.q.iij.ca.si is qui pest. Alie auctoritates q̄plurime qs longum esset recitare hoc idem asserūt manifeste. et ꝓpter easdem rōnes dicūt q tota multitudo xpianoꝝ nūc vita mortali viuētium non est maioris auctis q̄ sit sctm̄ euangeliū.q2 multitudo viuentiū debet vsq ad aiam et sanguinē defensare euangeliū. Ad terciā ratōnem canonistaꝝ rn̄dent nōnulli dicentes q summus pontifex debet sacraꝝ literaꝝ habere noticiā ⁊ etiā i sacris canonib⁹ debet esse peritus.Et ideo simbolum ordinare ⁊ articlos fidei recte distinguere spectat ad ipsum pcipue cum consilio ⁊ assensu ↄciliij generalis.Sꝫ i simbolū ordinando ⁊ articulos fidei distiguendo ⁊ eadē rōne in distinguēdo autentice que assertio est catholica ⁊ que heretica reputanda.theologie principaliter debet inniti.scōario aūt i sacris canonib⁹ se poterit fundare.Et ideo ex ista rōne cōcludi pōt:q ad theologos spectat principalr̄ diffinire docēdo vel legē aliijs exponēdo q̄ assertio inter catholicas queue int̄ hereticos dꝫ nūerari.Et licꝫ cū theologi vel aliij de heresi accusant vel alios excusare conant. libell⁹ excusatōnis rn̄sionis appellatōis ⁊ hmōi ↄponē nesciāt nec formare sed ad canonistas opteat eos recurrē. non tn̄ ex h̄ ↄcludit q ad eos principalr̄ ptineat diffinire q̄ assertio catholica ⁊ q̄ heretica ē censenda vt dictū ē. q2 aliud ē discernere q̄ assertō ē ⁊c̄.et aliud ē scire formas accusationū ⁊ modū agēdi cōtra hereticos in iudicio defendendi de heresi accusatos.q2 primum ad theologos.scōm ad canonistas dinoscit pertinere.qm̄ aliud est cogscere denarios veros a falsis.aurū ab auricalco. eqs sanos ab eqs egris.arma fortia fabricata ab aliijs.Et aliud est scire si aliqs d aliquo pdictoꝝ voluerit in iudicio accusare aliquē. Accusat⁹ si se voluerit defensare quō libelli accusatōnis.responsionis.appellatōnis.⁊ hmōi.quia vti i iudicio fuerit oportunū confici debeāt et formari. Primū admonetari⁹ aurifabres.fabres ferri. et fabricatores armorū spectare dinoscit. Scōm vo ad iuristas nō est dubiū ptinere. Vn̄ per istā ratōnem ꝓbari ↄtingeret q ad iuristas ptinet discernere qd aurū est verū ⁊ qd falsum.q̄ panni sunt artificialiter facti q̄ aliter.Et vt ↄcludā breuit de oībus mechanicis ⁊ reb⁹ naturalib⁹ vniuersis.q̄ in vsum hoīm veniunt hn̄t principalr̄ iuriste discernere qualia essent fm naturā suaꝫ vel artem.cum de hmōi omib⁹ ↄtingat in iudicio litigare In quo casu necessariū est litigātes ꝓ libellis accusatōnes responsionis appellatōnis ⁊ huiusmodi ad iuristas habere recursum.Constat q sepe iurisperiti de rebus minimis an sint tales q̄les debent esse fm naturam vel artem a qua fiunt nesciunt iudicare. quomō

tn̄ de talibus rebus recupandis vel defendendis in iudicio opteat formare libellos ꝛ alia q̄ spectant ad formā agendi ꝛ defendendi coram iudice nō ignorant.

Quomodo heretici a fidelibus sunt vitandi.

Octaua consideratio est si heretici sunt vitādi. q̄re videt̄ alicui ꝙ nō ſm illud Math. xiij ne forte colligētes zisania eradicet͡ꝫ sil̄ ꝛ triticū sinite vtraq̄ꝫ crescē vs͡ꝫ ad messem. zisania sūt heretici. triticū ṽo fideles: messis finis sc̄li ḡ heretici sūt tolerandi int̄ fideles ꝛ nō sunt ab eis vitandi vsq̄ꝫ ad finē sc̄li. Pro declaratiōe hꝰ ꝯsideratōis ꝛ solutōne argumēti notādū ꝙ multiplex ē cōio ꝛ sil̄r multiplex est cōionis priuatio. Est em̄ cōio spūalis. s. q̄ est in ꝯsensu vero vel iterp̄tatiuo ꝛ h̄ mō nō est cū hereticis cōicandū sic intelligit̄ illud. ij. coꝝ. vj. Exite de medio eoꝝ glo. spūaliter. s. vt eoꝝ scelera increpetis. Est sc̄do cōio in sac̄ris h̄ etiā mō nō ē cōicandū cū h̄ticis notat͡ꝫ siue noiatis. q̄ etiā l͡ꝫ non sint notati siue noiati tn̄ quantū ē ex se priuent̄ effectu cōionis sac̄roꝝ q꞉ ip̄o iure sīt excōicati siue occulti siue manifesti. ex̄ de h̄etic͡ꝫ excōicamꝰ. Est iteru͡ꝫ cōio i cibo potu ꝛ hmōi h̄ etiā mō nō ē cōicandū cu͡ꝫ illis h̄ticis q̄ p̄cisi sūt ab eccia noiatim Est etiā. iiij. cōio corp̄alis vt cohabitatio in eadē ciuitate. ꝛ talis cōio non vitabat̄ in p̄ncipio pp̄ multitudinē hereticoꝝ. si aūt timeret̄ de lapsu ab aliquibus tuciꝰ esset nō h̄itare cū eis. Sic ergo pōt rn̄deri ad argumentū ꝙ illō dictum pōt intelligi de hereticis occult͡ꝫ quoꝝ heresis dep̄hendi non pōt tales em̄ ꝛ si excōicent̄ excōicatōne generali nō tn̄ excōicatōne p̄sonali nec exterminant̄ gladio materiali. nisi cū multitudine infideliū manifestoꝝ intelligātur vel intelligi pōt ď catholicis mal̄. Vn̄ rabanꝰ h̄ns discretōnis exemplū eq̄nimit̄ d͡ꝫ tolerare malos pp̄ bonos. Sciendū aūt ꝙ messis dr̄ tp̄s illud q̄ h̄etici manifeste corruptiui alioꝝ suūt abijciendi euāgelica falce ſm h̄ intelligit̄ p̄missio ḡ tp̄e illo q̄ non discernit̄ plene an sit hereticꝰ. cū aūt innotuerit plene eccie corruptio sua ē p̄sonal̄r p̄scindendus. Vn̄ aug. li. de vera religione dicit sentētionalit̄ ꝙ in eccia tamdiu sustiet̄ur error alicuiꝰ donec aut accusatōem inueniat. aut opinionē prauā p̄tinacit̄ defendat. Cū aūt dr̄. j. coꝝ. xij. necesse ē hereses eē. Ibi dr̄ necesse illō qō ē vtile p̄ accidens siue p̄ter intentōne͡ꝫ hereticoꝝ. s. ad h̄ vt ab his q̄ se exercēt in diuina scriptura pigricia ea͡ꝫ discutiendi excuciat̄ ꝛ mag͡ꝫ fidei veritas declaret̄: vt supra patuit ꝯsideratōne. v. h̄ etiam hr̄ ex glo. sup̄ illud Isa. vij. h̄ dicit dn̄s ꝛc̄. sp̄. i. vsq̄ꝫ ad finē seculi erūt aliq̄ hereses vel malicie hoim ad exercēdā fideliū sapiam ꝛ patiam. Sic ḡ p͡ꝫ quō heretici sunt vitandi. s. notorij. Dico ēt sine denunciatōne cū nulla possit tergiuersatōne celari puta si publice p̄dicarent ꝯ fidē. extra de cohabitatōe clericoꝝ ꝛ mulierū. c. vr̄a. ꝛ. c. finali. possumus tn̄ ꝛ debemꝰ eos monere ꝛ inducere vt ad verā fidem redeant. In alijs ṽo nō licet eis cōicare etiā si sit pr̄ filiꝰ maritꝰ vel vxor aut soror huic seruituti subiectꝰ. et ideo si infidelis discedit. discedat ſm apl̄m. xxviij. q. j. in ca. si infidelis.

An sit cum hereticis aut alijs hominibus publice disputandum.

Nona cōsideratio est. Si est cū hereticis vel cum alijs infidelibꝰ publice disputandum. Rn̄det̄ ſm Tho. in sc̄da sc̄de. q. x. ꝙ in

disputatōne fidei sunt duo ꝯsiderāda.
vnū ex parte disputantis.s.quia dispu
tat tanq̄ꝫ dubius de fide ꝛ experiri vo-
lens veritatē tūc peccat ꝓculdubio tā-
q̄ꝫ infidelis. Si aūt disputat ad confu-
tandū errores vel ad exercitiū est lau-
dabilis. Aliud est ꝯsiderandū ex parte
audientiū vtrum.s.ipsi sint instructi ꝛ
firmi in fide tūc em̄ nullū est periculuꝫ
disputare. Aut si audientes sūt simpli
ces ꝛ in fide titillantes ꝛ tūc circa tales
distinguenduꝫ est. qꝛ si sunt sollicitati
ab infidelibꝰ nitentibus in eis fidē cor-
rumpere tūc necesse est publice dispu-
tare dūmodo inueniant aliq̄ ad h̄ ydo
nei.ꝑ hoc em̄ simplices i fide firmabū-
tur ꝛ tollet decipiēdi facultas in fideli
bus. Si v̾o nō sunt sollicitati tūc peri-
culosum est publice de fide disputare
corā simplicibꝰ quoꝝ fides etiā ex h̄ est
firmior q̄ꝛ nihil diuersum audiuerūt:ꝛ
ideo nō expedit eis vt audiāt verba in
fideliū disputantiū ꝯtra fidē.ꝓhibētur
quoq̄ꝫ om̄es layci publice disputare de
fide vel occulte.q̄ v̾o ꝯtra fecerit excō
municatōnis laqueo innodet extra de
hereticis.c.q̄cunq̄ꝫ li.vj.

De modo inquirendi hereticos.

Decima considera
tio est videre q̄s est modꝰ inqui
rendi hereticos. Ad q̄ꝺ breuiter di q̄ꝛ si
papa dat certā formaꝫ illa tenenda est
alias pn̄t queri ꝑ accusatōeꝫ inquisiti-
onē ꝛ denunciatōeꝫ. Sed in examina
tione testiū ꝯtra hereticos debēt inter-
esse due ꝑsone religiose et si fieri pōt ꝑ
publicā ꝑsonā ꝯscribi testiū dicta ex̄ de
hereticis.c.vt officiū li.vj.§.volumus
Et ꝯcedit religiosis q̄ dū eēnt in secu-
lo tabellionatꝰ officiū habuerūt ꝛ exer
cuerūt ꝛ etiā clericis si in sacris sint cō
stituti exercē libere officiū tabelliona-
tus q̄ ad p̄missa si eis iniunctum fuerit
vt in dicto ca.vt officium.§.ꝯcedentes
Item tenent dyocesani vel archiepi vl̄
archidyaconi semel saltē in āno ꝑ se vl̄
ꝑ alios q̄rere hereticos vbi fama ē eos
habitare.ꝛ illos quos credūt de hoc a-
liquid scire debēt ꝯpellere iurare vt in
dicēt si quos habēt suspectos ꝓpter oc
culta cōuenticula vel alia signa.extra i
ca.excōicamꝰ.§.addicimꝰ. Suspectus
aūt si vocatus ꝯfitetur ꝛ sperat de corre
ctione pōt ei iniungi pnia salutaris .si
aūt negat ꝛ ante sit infamatus indicet
ei purgatio quā si nō p̄stiterit excōica-
bitur ꝛ vsq̄ꝫ ad satisfactōneꝫ condignā
ab omnibus euitabitur ꝛ si per annuꝫ
sic steterit extunc velut hereticus con-
demnet vt i dicto ca. excōicamꝰ.§.qui
auteꝫ. Item illi qui presunt ciuitati vel
loco alij quocunq̄ꝫ nomine censeātur
ad requisitōneꝫ eorum debēt iurare p̄-
cise attendere inuiolabil̄r ꝛ seruare ac-
facere.ac omnibus subditis inuiolabi
liter obseruari toto tempe sui regiminis
constitutiones in fauorem fidei a sede
apostolica ꝓmulgatas ac etiaꝫ appro-
batas.quas qui iurare noluerit et ser-
uare vt infamis ꝛ tanq̄ꝫ hereticoꝝ fau-
tor ac de fide suspectus.officio ꝛ hono
re sui regiminis expolietur.nec vlteri-
us ad dignitatem aliquam vel officiū
publicum assumatur nec teneat aliq̄d
quod fecerit vt potestas baliuus con-
sul vel rector extra li.vj.capi.vt officiū
§.statuimus. Debent etiam omnes re
ctores in hoc negocio parere dyocesa-
nis et etiam inquisitoribus nec aliquo
modo debēt cognoscere de hoc crimi-
ne.vt captus liberare ꝛ huiusmodi.ali
as sunt excōmunicati ꝛ si excommuni
catōnem sustinuerint per annum con-
demnari debent tanq̄ꝫ heretici extra in
ca.vt inquisitōnis li.vj. Itē i negocijs
hēsis ꝓcedi pōt simpl̄r ꝛ de plano. ꝛ si
ꝑiculū eēt nō noiatis accusatōibꝰ vl̄ te
stibꝰ publice nisi corā aliquibꝰ ꝓuidis

ꝑcipiendo ⁊ detinendo secretū ⁊ hmōi ꝫ cessante ꝑiculo publicent̃ vt fit i alijs iudicijs extra in ca. statuta. li. vj. Sed nunq̄d hereticꝰ poterit appellare. Dico ꝙ hereticis inhibita ē appellatio extra eodē vt inquisitōnis li. vj.

De pena qua sunt puniendi heretici.

Vndecima consideratio est quali pena sūt heretici puniendi. Rñdet̃ ꝙ q̄druplici pēa sunt heretici feriendi. s. excōicatiōe depositōne rerū ablatōe ⁊ militari ꝑsecutione. Excōicatōne qꝛ oīs hereticꝰ siue occultꝰ siue manifestus ipso iure ē excōicatꝰ maiori excōicatiōe. xxiiij. q. j. c. j. ⁊ ij. extra de hereticis. c. ad obediēdā Scdō depositione qꝛ indistincte siue clericus siue laycus etiaꝫ papa vel imperator vel q̄libet aliꝰ debet deponi ab om̄i dignitate. xl. di. si papa. xxxiiij. q. j q̄ ꝯtra pacem. Tercio rerū tempaliū ablatōne: qꝛ om̄ia bona eoꝝ debēt confiscari eccl'ie cui deseruiebāt si erāt clerici vel layci si in tꝑali iurisdictione sūt eccl'ie subiecti. Alioꝝ v̾o laycoꝝ bona principibus secularibꝰ ꝯfiscant̃. Quarto militari ꝑsecutōe: si em̄ ꝓpter malos puniendos oꝑtuit regiam maiestateꝫ nō solū legibus esse decorataꝫ ꝫ armis armatam. multo fortiꝰ ꝓpter hereticos exterminandos. Ideo dicit glo. j. Corinth. v. de paulo ꝙ cū videbat aliq̄s ꝑteruos ad corrūpentes fidem sathane tradebat corꝑaliter vexandos. Sic ergo heretici non solum excōicant̃ ⁊ deponunt̃: ꝫ ⁊ om̄i officio ⁊ beneficio debent expoliari. ⁊ si clericus sit dꝫ degradari ⁊ demū quilibet talis dꝫ relinqui arbitrio ꝑtātis secl'aris aīaduersione debita puniendꝰ. s. crematōne nisi cōtinuo post deꝑhensionē erroris ad fideꝫ velit reuerti ac errorem suū abiurare ⁊ satisfactiunem exhibere ⁊ sic redeūtes debent in ꝑpetuo carcere recludi ex̃ de here. ca. excōicamꝰ. ij. Sꝫ quā penaꝫ incurrūt credētes receptores defensores ⁊ fautores herericoꝝ. Rñdet̃ ꝙ quilibet talis est excōicatꝰ ⁊ si nō satisfecerit infra annuꝫ extūc ipso iure est infamis nec ad publica officia seu consilia nec ad eligēdos aliq̄s ad hmōi nec ad testimoniū dꝫ admitti nō pōt condere testamētum nec ad alicuiꝰ hereditatis successionē accedē. Nullus quoqꝫ ei super quocūqꝫ negocio: ꝫ ipse alijs cogetur rñdere si iudex ē eius nō valet sentētia. Si aduocatꝰ nō admittit̃ eius patrocinium. Si tabellio nō valēt eiꝰ instrumenta ⁊ sic in similibus. Si v̾o sit clericus ab om̄i officio ⁊ bn̄ficio dꝫ deponi. ⁊ illi qui tales postq̄ꝫ fuerit ab ecclesia denominati euitare ꝯtempserint debēt excōicari ꝓbant̃ hec om̄ia extra eo. excōicamꝰ p̊. ꝑag̃pho. credētes. Itē om̄s clerici q̄ talibꝰ exhibēt eccl'iastica sacr̃a vel traderent ecciastice sepulture aut el'ynas seu oblatōes eoꝝ reciperēt dn̄t ꝑuari suo officio ad qd̄ nunq̄ꝫ restituent̃ sine idulto sedis apl'ice spāli sitr ⁊ regl'ares q̄ꝝ etiā ꝑuilegia i ill' dyocesibꝰ nō fuent̃ eis in q̄bꝰ tales excessus ꝑpetrare ꝑ̄sumpserit vt i dcō c. excoicamꝰ ꝑag̃pho. sane clerici. Et nota ꝙ ipsi credētes eoꝝ erroribꝰ h̄etici sit̃ dicendi. ex̃. e. excōicamꝰ. ij. Quicūqꝫ ēt h̄eticos credētes receptores defensores vl' fautores eoꝝ sciēter ꝑ̄sumpserit ecciastice tradē sepulture excōicati sit̃ nec dn̄t absolui nisi ꝓprijs māibꝰ publice extumulēt ⁊ ꝓijciūt corꝑa dāṅatoꝝ ⁊ locꝰ ille ꝑpetua careat sepultura ex̃ de h̄eticis. c. q̄cūqꝫ li. vj. Itē h̄etici cū oībꝰ fautoribꝰ modo dictis ⁊ ipsoꝝ filij vsqꝫ ad scd̄am generationē ad nullum eccl'iasticū beneficium seu officium publicuꝫ admittant̃ al's irritum est extra. e. ca. quicunqꝫ ꝑag̃pho heretici. Et si dicas ex predictis colligit̃ ꝙ hereticus est multipli

ci pena puniend⁹ hoc videt irratōnabi
le. q2 deus nō punit bis in idipm. Cuꝫ
ḡ oms heretici sunt excōicati vt dictuꝫ
est et excōicatio sit pena sequit ꝙ non
sunt alia pena puniendi. Rn̄det ꝙ pro
vno pctō vna pena quis punit. Sed si
ad vnū pctm̄ plura ꝯcurrūt q̄ sunt mlt
ta pctā vel ꝑpter relapsum eiusdeꝫ pōt
hō iuste puniri multiplici pena. Siqs
ergo labit in damnataꝫ heresim punit
pena excōicatōis. q2 vt dictuꝫ est omis
heretic⁹ est excōicat⁹: ꝫ si pt⁹ abiurataꝫ
heresim iterū labat debꝫ alia pena cor
porali puniri vel tpali damnari.

Quis potest capere hereticos ꝛ tormentis exponere.

Duodecima consi
deratio est scire q̄s pōt capere ꝛ
tormentis exponere hereticos. Rn̄de-
tur ꝙ tam eps̄ ꝙ̄ inquisitor vnus sine
alio pōt citare et cape et tute custodire
vel ꝯpedib⁹ mācipare ac manicis ferre-
is si eis visum fuerit faciendū. Sꝫ de-
putare dare carceri ꝛ ꝙ magl ad penaꝫ
ꝙ̄ ad custodiā videat vel tormētis ex-
ponere vel ad sniam ꝑcedere ꝯ eos nō
pōt eps̄ sine inquisitore: nec inquisi-
tor sine ep̄o aut eius sup hoc delegato
aut ep̄ali sede vacāte delegato capl'i si
sui adinuicē copiā possint habere infra
octo dies postꝙ̄ seinuiceꝫ requisierint
pn̄t tn̄ q̄libet p̄dictoꝝ cōmittē alteri vi-
ces suas vel p lrās significare suū con
silium ꝛ ꝯsensum extra de heretic. mlt-
toꝝ in clementinis. Sed occurrunt
hic finaliter. xv. difficultates. Prima ē
si carcer in quo ponunt heretici debe-
at esse cōis ep̄o et inquisitori. Dicit ꝙ
sic ꝛ debēt habere duos custodes vnū
quem volet ep̄us ꝛ ei ꝑuidebit ꝛ vter-
ꝙ̄ eorum potest habere sub se vnum fi
delem ministruꝫ ꝛ illius loci erūt due
claues diuerse. quarum vnus custodū
vnam ꝛ alius aliam tenebit. et poterit
officium ministrandi charitatis com
mittere suo ministro ꝛ tenent predicti
custodes anteꝙ̄ exequant officiū corā
eis a quibus assignant iurare tactꝭ euā
gelijs ꝙ in custodia omnē diligentiaꝫ
quā poterūt adhibebūt ꝛ ꝙ alicui car-
ceratoꝝ nihil in secreto loquet vn⁹ nisi
audiente alio. ꝛ ꝙ ipsis carceratis fide
liter conferent ꝑuisionē quā ipsi reci-
piunt ex ordinatōne ꝯmuni ꝛ ꝙ a pen-
tibus vel amicis vel alijs fidelibus p-
sonis offert eisdem nisi ep̄i vel inquisi
toris vel suoꝝ cōmissarioꝝ ordinatō re
fragetur ipsis fideliter ꝛ absꝙ̄ diminu
tione aliqua mīstrabūt nec in his frau
dem aliquā adhibebunt ꝛ eodem mo-
do iurabūt p̄dicti custodum ministri ꝛ
coram eisdem extra. e. ca. multoruꝫ in
clementis. Et eodem modo iurabunt
notarij inquisitoris coraꝫ ep̄o cum in-
quisitore vel substitutis ab eis ꝙ suuꝫ
officium fideliter exercebunt: et idem
fit de alijs ꝑsonis necessarijs ad dictuꝫ
officium extra. e. multoꝝ in clement-i
nis. Secūda difficultas est de xp̄ia-
nis qui efficiunt iudei vel redeūt ad iu
daismum si debet ꝑcedi contra eos si-
cut contra hereticos dico ꝙ sic etiaꝫ si
infātes metu vel mortl fuissēt baptizati
si de hoc fuerint confessi. Aut p iude-
os aut xp̄ianos muniti sicut cōtra fau
tores ꝛ defensores talium ꝑcedenduꝫ
extra de here. ca. contra. li. vj. Tercia
difficultas est si ꝑpter heresim marito-
rū debeant ꝯfiscari dotes vxoꝝ catho-
licaꝝ. Dicit ꝙ non nisi cū eis sciēter. s.
sciendo eos esse hereticos cōtraxissent
extra. e. decreuit. li. vj. Quarta diffi-
cultas est si post mortem heretici pos-
sint occupari bona eius si de eius he-
si non fuit in vita declaratum. Respō-
detur ꝙ sic si postea declaretur extra e.
accusatus. §. porro. li. vj. Quinta dif
ficultas est si debeant puniri sacerdo-
tes qui instruūt hereticos de celando

veritate dicit ꝙ debitā pena debent castigari. Religiosi etiā heretici sunt grauius alijs puniēdi extra.e. accusatus. §.sacerdotes.li.vj. Sexta difficultas est de etate inquisitoris vtrū.s. requiratur determiata etas vt possit officium exercē. Rñdet ꝙ nō pōt eē inq̄sitor nisi attigerit.xl.an.⁊ tam ipse q̄ꝫ ꝯmissarij deputati nō pñt pecuniā extorquere nec sciēter eccl̄iaꝝ bona ob delictuꝫ clericoꝝ fisco eccie applicare.alioq̄n sūt excōicati ip̄o facto a q̄ non pñt absolui p̄terq̄ꝫ in mort̄ articulo.donec illis a q̄bus extorserint plene satisfecerit d̄ pecunia sic extorta nullis p̄uilegijs pact̄ aut remissionib⁹ sup̄ h̄ valitur̄ ex̄ d̄ hereticis volētes in clemētinis. Septima difficultas ē si pōt inq̄sitor p̄cedere ꝯ aliquē officialē vel nūciū romane curie.dr̄ ꝙ nō vtꝫ ex̄uaganti Joh.xxij. q̄ incipit ꝯfrater. Octaua difficultas est q̄s ꝓprie dicend⁹ est relapsus. Rñdetur ꝙ accusat⁹ de heresi vel suspect⁹ vehemēti suspitōne q̄ in iudicio abiurauit ⁊ postea ꝯmittit in ip̄am talis censet relapsus.licꝫ antea p̄m heresis crimen non fuerit plene ꝓbatū ꝫ si leuis fuit suspicio non dꝫ iudicari relapsus. q̄ꝫq̄ꝫ ex h̄ sit graui⁹ puniend⁹. nō tñ dꝫ ex h̄ i heresim r̄lapsoꝝ pena puniri extra de here.accusat⁹.lib.vj. Qui do in vna sp̄ē siue in vno fidei articulo vl̄ sacramēto eccie errauit ⁊ postea abiurauit simpl̄r vel general̄r h̄ēsim si postea erret in alio relapsus ē iudicand⁹ ex̄.e. accusat⁹.li.vj. Ille aūt de cui⁹ lapsu in heresim an̄ abiuratōeꝫ ꝯstiterat vl̄ nūc ꝯstat si postea hereticus receptet deducat visitet vel associet vel mūera aut dona eis donet vel mittat vel fauorē impendat q̄ excusari nō possit iudicari dꝫ relapsus.extra.e.accusat⁹. li.vj. in tali casu verum est q̄d dicit apl̄s ad Rom. primo.q̄ talia agūt digni sunt morte nō solum qui faciūt:sed etiam q̄ consentiunt facientibus. Nona difficultas ē si q̄n negociū heresis committit alicui vel aliquib⁹ generaliter in certis locis adunat̄ ep̄is auctas eoꝝ ordinaria p̄cedendi vel delegata si eā hēant. Dicit ꝙ nō ꝫ vtraq̄ꝫ de eodē facto inquirē possunt cōiter ⁊ si diuisim p̄cedant conari debēt sibi cōicari processus vt ꝑ hoc melius possit veritas inueniri ⁊ ꝑ vtroq̄ꝫ simul snīa p̄ferat̄ nisi alter alteri deferat ꝙ si in snīa nō ꝯcordent ad sedem ap̄licam remittat̄.extra.e. per hoc lib. vj. Et intellige ꝙ p̄dictam ꝯmunicatōnem p̄cessuuꝫ oportet fieri .q̄n nihil aliud restat agendū nisi ꝙ snīa ꝓmulgetur.quia si alter nō posset ꝯmode p̄cedere nisi visis actibus alteri⁹ tūc semel tm̄ cōmunicatio tribuat̄ vt in extrauaganti bñdicti.xj.q̄ incipit ex eo. Decima difficultas est quā penam incurrunt ep̄i vel inquisitores vel eorū substituti si maliciose aut fraudulenter imponāt alicui crimē heret̄ vel aliq̄d alio falso imponentes q̄d impediat executionē officij eorūdem. Rñdet ꝙ si ipsi causa odij.gratie vel amoris vel lucri: vel cōmodi tēp̄alis omiserint p̄cedere vel aliquē vexarent imponēdo ipsam heresim ⁊c. Si ep̄i sunt vel supra ꝑ trienniū incurrunt suspensionem ab officio. Si inferiores sunt excōicati sunt a qua nō nisi ꝑ papaꝫ possunt absolui p̄terq̄ꝫ in mortis articulo. ⁊ eandē penā incurrūt si omiserint ꝯtra quenq̄ꝫ p̄cedere vbi fuerit p̄cedendū. extra de here.multoꝝ in cle. Undecima difficultas est si in aliquo casu sunt heretici tolerandi. Rñdet ꝙ in pena heresis tria possum⁹ considerare. Primo ipsius grauitatē criminis. Scd̄o eccie corrigentis charitatē. Tercio ipsoꝝ fidelium vtilitatem. Considerando p̄io criminis grauitatem statim cum heretici dep̄hensi sunt essent interficiendi magis q̄ꝫ incendiarij aut falsarij. vñ Exo.

xxxij. statim cũ moyses descẽdit d mõ
te mãdauit ꝙ frater interficeret fratrez
suũ ⁊ ꝓxim⁹ ꝓximũ ꝓ pctõ ydolatrie.
Et deut. vij. mandatũ fuit pplo isrlitico
co vt aras hereticoꝝ subuerteret ⁊ scul
ptilia ꝯbureret. Et. iiij. reg. xxij. dicitur
ꝙ rex iozias vidit sepulchra q̃ erant in
montib⁹ tulitq̇ ossa eoꝝ de sepulchris
⁊ ꝯbussit illa. Si ṽo cõsiderem⁹ in tali
crimine charitatẽ ecclie: tũc nõ statim
tradunt heretici exterminio. sed circa
eos seruat ordo correctõis fraterne. qꝛ
monent primo ⁊ scdo ⁊ si postmoduz
reperiunt relapsi nõ ampli⁹ ecclia eos
tolerat qꝛ nihil ampli⁹ de eoꝝ correctõ
ne impat. Sed ꝯsiderando vtilitatem
fidelium si aliq̇ sint heretici q̇ sic defen
dũt falsitatẽ snie sueṽt in terra multitu
dinẽ faciant ⁊ ꝯuenticuloꝝ segregatio
nes vel eccie cõturbatõnes cogitẽt tũc
absq̇ alia dilatõne vel inquisitõne ex
terminandi sunt. qꝛ cũ bonũ cõe sit p̄
ferendũ priuato magis est ꝓuidenduz
saluti cõi q̃ saluti alicui⁹ vel aliquoꝝ.

Duodecima difficultas est. si hereti
ci reuertẽtes ad fidẽ semꝑ sint recipiẽ
di. qꝛ dicit Exo. xxij. maleficos nõ pati
eris viuere. vnde glo. ꝑ maleficos itel
ligunt pctõres pctõ heresis ⁊ pctõ cõ
tra naturã. q̇ statim sunt vita corpora
li priuãdi ne alios inficiant. Rñdet ꝙ
hereticos eẽ recipiendos potissime re
lapsos tripl'r põt intelligi. Primo ad
sacroꝝ ꝑceptõez. Scdo ad bonoꝝ tem
poraliũ restitutõez. Tercio ad vite tꝑa
lis ꝯseruationẽ prima reuersio nunq̃
negat hereticis. qꝛ salus anime ex or
dine charitatis omnibus est appeten
da etiam inimicis iuxta illud Math.
v. Diligite inimicos vestros benefaci
te hijs qui oderunt vos propter quod
heretici semper reuertentes quantum
cunq̇ et quotienscunq̇ relapsi fuerint
ab ecclesia recipiunt ad penitentiaz et
eucharistie ꝑceptõnez. vñ sicut scribit,
extra de here. c. sup eo. §. nos itaq̇ lib.
vj. ꝙ si post relapsum heretici penitue
rint ⁊ penitentie signa manifeste appa
ruerint in eis sacramenta penitentie et
eucharistie humiliter petita neq̃q̃ sũt
eis deneganda. Sed scdo ⁊ tercio mõ
negat eis reuersio. quia si ipsi seruarẽ
tur in vita post relapsum ⁊ restituerent
tur ad dignitates ⁊ ad bona tꝑalia. et i
vita corpali seruarentur incolumes. si
iterum laberent possent alios inficere
⁊ alij citius in heresim laberent si ipsi
sine pena transirent. Iterdũ tamen ec
clesia hereticos ad bonoꝝ tꝑaliũ resti
tutionẽ recipit vel ꝓpter bonũ lucis in
tuendũ. Dicit enĩ aug. in epl'a ad Vin
centiũ nõnullos toleram⁹ q̇s corrigere
vel punire nõ possim⁹ nec ꝓpter paleaz
relinquim⁹ archã. nec ꝓpter edos in fi
ne segregandos deserim⁹ gregẽ domi
ni. nec ꝓpter vasa facta in ꝯtumelia mi
gramus de domo dñi. pz ergo quõ cõ
cedit hereticis reuersio ⁊ quomõ non.

Decima tercia difficultas est. si loq̃
mur de hereticis non relapsis cum vo
lunt redire ad fidem q̃liter debẽt recipi
Respondet ꝙ si aliquis heretic⁹ vel he
reticoꝝ credens receptator. fautor. de
fensor necnõ ⁊ de heresi infamatus vel
suspectus ad vnitatẽ ecclie redire volu
erit ad arbitriũ epi ꝓprij prius debz ab
iurare errorem ⁊ ꝓmittere ⁊ etiã ꝑ scri
pturam firmare. ꝙ tenebit firmiter ad
mandatũ eccie catholicã fidem et hoc
publice ſm ꝙ ei⁹ crimẽ fuerit publicuz
vel priuatũ. j. q. vij. q̇tiens. de ꝯse. dis. ij.
ego berẽgari⁹ ex̄ de hẽ. ad abolendam.
Postea dz ſm ecclie formã absolui de
qua. xj. q. iij. cũ aliquis. extra de sen. ex
cõ. cuz desideres. Postea eis dz impo
ni qd̃ in talibus solet iniungi vt in ca.
quotiens. ⁊ capi. ego berengarius. vbi
supra. Et quando tales volunt reuerti
ꝯsideri debet solerter ꝙ sint vere con
uersi si debeãt recipi. ex̄. e. vt officiũ. §.

ā.li.vj. Pena autem q̄ talibus dȝ im-
poni declaraṫ.extra de hereticis excō-
municamꝰ.ij. vbi dicıṫ. Si qui autem
de ṗdictis postq̄ꝫ fuerint deprehensi re
dire voluerint ad agendā ꝯdignā pe-
nitentiā in ꝑpetuo carcere detrudātur
Decima quarta difficultas est si pre
latus sit hereticus vtruȝ habebat pote
statem spūalem. Rn̄deṫ ꝙ prelatus he
reticus nō est ṗlatus etiā si sit papa :qꝛ
ipso facto est depositus. Vnde papa
eligiṫ in caput totiꝰ eccl'ie iuxta illō ad
Eph.j.ipsum dedit caput sup omnem
ecclesiā que ē corpꝰ xp̄i. Capitis autē ē
influere vitā in omnibꝰ membris.ꝛ p̄n
cipium vite spūalis est ipsa fides quia
sine fide impossibile ē placere d̄o. Vn̄
apl's ad Heb.xj. Fidē dicit eē substan
tiam.i.fundamentū omniū rerū sperā
darum. Si ergo papa deṗhendaṫ de-
uius a fide caret vita spūali ꝛ ꝑ conse-
quēs alijs influere nō p̄ōt Vnde sicut
homo mortuus nō est homo:sic papa
in heresi deṗhensus nō est papa ꝓpter
qd̄ ipso facto ē depositus si ergo h̄ di-
citur de papa multo fortiꝰ de quocūq̄ꝫ
alio ṗlato inferiori. Amplius autē de-
claraṫ ṗdicta difficultas s̄m Thom̄.in
scd̄a scd̄e.q.xxxix.ar.iij. vbi distinguit
de duplici ptāte spūali.quaꝝ vna ē sa-
cramētalis alia est iurisditōnalis. Sa-
cramentalis est q̄ ꝑ aliquā ꝯsecratōem
ꝯfertur ꝛ talis s̄m essentiam remanet i
homine q̄ꝫdiu viuit:siue in scisma siue
in heresim labaṫ.qd̄ pȝ ꝑ hoc ꝙ rediēs
ad eccl'iam nō iteruȝ ꝯsecraṫ.ȝ tn̄ tales
vsum ptātis amittūt: ita ꝙ nō licet eis
sua ptāte vti.si tn̄ vsi fuerint effectū ha-
bet in sacr̄alibꝰ.qꝛ in his hō nō operaṫ
nisi sicut instr̄m d̄i. Vn̄ effectꝰ sacr̄ales
nō excluduntꝰ ꝓpter culpā quācūq̄ꝫ cō-
ferētis sacr̄m. Ptās aūt iurisdictionis
est q̄ ex simplici iniunctōne hōis cōfer
tur ꝛ ideo nō immobiliter adheret ꝛ in
scismaticis ꝛ hēticis nō manet. Vn̄ nō
p̄nt absoluere nec excōicare nec indul-
gentias facere.aut aliqd̄ hmōi ꝛ si fece
rint nihil est actū.vij.q.j. nouacianus.
Decima quinta difficultas est si ptꝰ
abiurationem heresis aliqui inuenian
tur relapsi vtrū sint statim tradēdi iu-
dicio seculari. Rn̄deṫ ꝙ sic:qꝛ sicut fi-
des est fundamentuȝ spūale eo ꝙ sine
fide impossibile est placere deo vt dici
tur ad Heb.xj.sic heresis que est fidei
corruptio totam spūalem vitā hȝ surri
pere eo ꝙ modicum fermentuȝ totam
massam corrūpit.j.Coꝝ.v. Vn̄ de au-
ctoritate iudicij secl'aris scribiṫ.xxxiij.
q.iij.resecande ꝙ resecande sunt putri
de carnes et scabiosa ouis a caulis re-
pellenda est ne tota domus massa.cor-
pus ꝛ peccora ardeat corrūpaṫ putre-
scat ꝛ intereat. Arrius em̄ in alexādria
vna scintilla fuit:ȝ qm̄ nō statim oppr̄s
sa est totū orbem eiꝰ flama depopulata
est.vn̄ ad hmōi periculū euitandū cuȝ
heretici deṗhenduntꝰ relapsi vel per fa
cti euidentiā vel ꝑ ꝓpriam ꝯfessionem
seu ꝑ testes absq̄ꝫ mora tradendi sūt iu
dicio seculari. Et ꝓpterea scribiṫ. extra
de here.sup eo.li.vj. Nos itaq̄ꝫ inquisi-
tioni tue de fratrū nostroꝝ ꝯsilio rn̄de-
mus ꝙ q̄ post abiuratōeȝ deṗhensi fu-
erint in heresim cecidisse sine vlla peni
tus audientia relinquēdi sunt iudicio
seculari. Et sic imponiṫ finis.ij. li. in q̄
de natura seu quidditate heresis.d̄ mo
dis hereticoꝝ.de heresibꝰ repululātibꝰ
istis tp̄ibus:de mō inquirendi eos.ꝛ d̄
eoꝝ punitōne dictū est.frustra em̄ here
tici sunt circumlatrantes ꝛ q̄si per mi-
nas nostrum fidei fortalicium impug-
nantes cum sit turris fortitudinis a fa
cie inimici in virtute domini nostri ie-
su christi cui est honor et gloria in secu
lorum secula Amen.

Explicit liber secundus.

Incipit liber tercius de iudeorum bello contra fidei fortalicium.

HEreticoꝝ bello quasi periculosiori soluto cum sit a familiaribꝰ inimicis latēter ꝯmissuꝫ. Iudeoꝝ vesana ꝓgenies nō erubescit temptare si possit nr̄m fidei fortaliciū ꝑ viribus expugnare ac si cecus in campū exiret vt pugnaret cū vidente. Non .n. vident cecitate ꝑcussi qđ est turris fortitudinis a facie inimici. Vt ergo videatur modus bellandi iudeoꝝ dissolutio sui belli et eorūdem ꝯfusio in p̄n̄ti tercio libro nr̄i fortalicij duodecim ꝯsideratōnes intellectui occurrūt ꝑtractāde Quaꝝ prima erit de iudeoꝝ cecitate ⁊ sua nebulosa noticia. Scđa de iudeorum parentela ex talmuth doctrina. Tercia de iudeorū diuersitate in sua fide ⁊ credentia. Quarta de iudeorū bello ꝑ argumenta sumpta ex lege mosaica. Quinta de iudeorū bello ꝑ argumenta sumpta ex lege euangelica. Sexta de iudeoꝝ bello ꝑ argumēta sumpta ex naturali scia. Septima đ iudeorū crudelitatibꝰ ⁊ sua inaudibili seuicia. Octaua de iudeoꝝ fatuitatibus ⁊ sua grandi stulticia. Nona de iudeorū expulsionibꝰ ⁊ sua magna ig̃mina. Decima de iudeoꝝ mirabilibus ⁊ sua obstinata malicia. Vndecima de iudeoꝝ obligatōne ex iure canonico ⁊ ciuili ac ordinatōne regia. Duodecima đ iudeoꝝ ꝯuersione in fine seculi a sua duricia.

De iudeorum cecitate ⁊ de sua nebulosa noticia.

CIrca primā consideratōneꝫ q̄ est de iudeoꝝ cecitate duo sunt videnda. Primuꝫ q̄ ē cā cecitatis eorū. Scđm si pōt sanari vt reducant ad lucem. De primo dr̄ ꝙ causa cecitatis iudeorū est q: dn̄o peccauerūt sicut deducit mgr̄ bern̄. oliuerij ī tractatu suo ꝯtra cecitatem iudeoꝝ allegans illud Soph. j. ambulabūt vt ceci. q: dn̄o peccauerūt. licet enim verba ista generaliter de om̄ibus peccantibꝰ sint dicta q̄ vere dn̄o peccant teste p̄s. q̄ dicit. tibi soli peccaui ⁊ malū corā te feci p̄s. l. ex quo pctō sp̄ualiter ceci efficiunt. iuxta illud Sapie. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ sp̄aliter tn̄ intelliguntur de iudeis q̄ quodā singulari modo dn̄o peccauerūt ihm xp̄m filiuꝫ dei iniuste crucis supplicio interimēdo ꝓpt qđ sp̄ali mō facti sunt ceci int̄ oēs gentes vt nō solū patiant cecitatē culpe sicut ceteri pctōres ꝫ etiā hēant cecitatē ignorantie sup om̄s. ꝓpter quā ignorātiam scripturam ꝓprie legis minime intelligunt. ⁊ qđ in illa ad eorum directionem est valde clarum. in ꝓpriaꝫ damnationem venit in obscurū de quibus dicit Treñ. iiij. Errauerūt ceci in plateis. errare em̄ in plateis nihil aliud ē ꝙ̄ deficere in scripturis claris et manifestis circa quas nō ꝓprie dicunt errare qui nolūt ipsas recipe ꝫ illi q̄ volūt intelligere. ⁊ tamen dicūt se eas tenere sicut nō dicit vere cecus cui est abn̄s visibile obiectum sed qui p̄sente obiecto nō potest habere visionis actū. Populus igit iudaicus merito dicit cecus q̄ vetus testamētū recipit ⁊ que ī eo scripta sunt recte intelligere nescit. Dicūt em̄ iudei ꝙ sigillum legis nondū ē amotum. dixerat em̄ deus Isai. in capi. viij. liga testimoniū signa legem in discipulis meis. hic ponit ocultatio misterij xp̄i. liga testimoniū. id est inuolue ꝓphetiaꝫ ī obscuritatibus ꝓpter incredulos quibus talia sunt celanda. signa legem in discipulis meis. id ē apostolis alijsq3 xp̄i discipulis q̄ p̄dicādo

legem obscuritates ꝓphetiarū aperu-
erūt ꝛ declarauerūt ostendentes eas in
xp̄o impletas vtȝ in actib⁹ apl'oꝝ sicut
fuerat a deo p̄ordinatū. Et hoc modo
dictum fuit Danie.xij.capitulo tu au-
tem Daniel claude sermones signa li-
brū vsqȝ ad p̄finitū tp̄s. Cū ergo predi-
ctū verbū dixit de⁹.s.liga testimoniū ꝛ
cetera.intellexit ꝓpha q꞉ h̄ erat pp pec-
cata ppl'i.orauit deū statim: vtȝ in lite-
ra sequēti dicēs expectabo dn̄m.s.ih̄m
xp̄m q̄ abscondit faciē suā a iacob .i.a
ppl'o iudaico descendēte a iacob. q2 in
aduentu ei⁹ ppl's ille ꝑ maiori pte fuit
excecat⁹ p infidelitatē sicut dicit ad ro-
ma.xj.cecitas ex pte ꝯtigit in isrl'.ꝛ pre-
stolabor.i.patiēter expectabo aduētuȝ
ei⁹.vel sic ꝛ p̄stolabor eū q̄si dicat speȝ
habeo in te. q꞉ istud sigillu amouebit.
ꝛ ex h̄ ordinauerūt iudei in suis oratio
nibus vt orarēt deū q꞉ amoueret sigil-
lum legis. Dicendo sic in oꝛone dn̄e si
gillū legis amoue vt eā possim⁹ intelli
gere. Et tenēt iudei q꞉ istud sigilluȝ dȝ
amouere messias. ꝛ iō in hīs q̄ nō p̄n̄t
intelligē ipsi⁹ legis sp dicit in talmudi-
co vult dicere.istud maneat i dubio q̄-
usqȝ veniat messias q̄ illō declaret. Sȝ
verus messias q̄ est xp̄c ih̄s iam venit
vt patuit supra li.j.in aptione.xij.thau
rorū quarti pūcti articuli sexti.et infra
adhuc magis videbit cū dissoluet bel-
luȝ iudeoꝝ.hic verus messias amouit
sigillū legis cū aperuit libꝝ ysaie Luc.
iiij.stans in templo añ phariseos .ꝛ pri
mū qō se obtulit nō sine grandi miste-
rio fuit illud qō in eodē libro.c.lxj.fue
rat ꝓphetatum.s.spūs dn̄i sup me.eo q꞉
vnxerat me dn̄s.ad annūciandū man-
suetis misit me vt mederer ꝯtritos cor
de.ꝛ p̄dicarē captiuis indulgentiam ꝛ
clausis apertōeȝ ꝛ p̄dicarem annū pla
cabilem domino et diem vltionis deo
nostro.vt ꝯsolarer oīs lugenres ꝛ po
nerem fortitudinē lugentib⁹ syon ꝛ da

rem eis coronam ꝑ cinere. oleum gau
dij ꝑ luctu.palliū laudis ꝑ spiritu me
roris. Cum eñ legeret hanc ꝓphetiam
xp̄c dixit eis.hodie impleta est hec scri
ptura in aurib⁹ nostris Luc.iiij. h̄ ma-
nifeste amouit sigillū omniū ꝓphetia
rum q̄ loquunt de aduentu messie de-
clarando se esse messiā de q̄ ꝓphetia lo
quebat ꝛ postea amouit alia leg⁊ sigil-
la sicut patuit supra lib.j. Et ampli⁹ in-
fra patefiet. Hūc librū legis ꝛ ꝓphetaꝝ
vidit iohannes euāgelista in dextra se-
dentis sup thronū scriptū int⁹ ꝛ foris ꝛ
signactū sigillis septem.et dicit q꞉ non
inueniebat aliq̄s dign⁹ soluere illa sig-
cula ꝛ aperire libꝝ neqȝ in celo neqȝ in
terra neqȝ subtus terram: imo nec r̄spi
cere illū ꝛ ꝯsolans eū angel⁹ q̄ secū lo-
quebatur. Ait illi ne fleueris ecce vicit
leo de tribu iuda radix Dauid aperire
libꝝ ꝛ soluere septem signacula ei⁹ quē
dicit agnuȝ stantem.s.xp̄m tanq̄ȝ occi-
sum. Et sequit ꝛ venit ꝛ accepit de dex
tra sedentis in throno libꝝ.ꝛ cum ape
ruit librū quatuor aīalia ꝛ vigintiqua-
tuor seniores ceciderūt corā agno can-
tantes canticū nouū dicentes dignus
es dn̄e accipe libꝝ et aperire signacula
ei⁹ qm̄ occisus es ꝛ redemisti nos deo
in sanguine tuo.ex oīni tribu ꝛ lingua
ꝛ ppl'o ꝛ natōne ꝛ fecisti nos deo nr̄o.
regnū ꝛ sacerdotes ꝛ regnatuim⁹ super
terram Apoca.v. Sed licet sigilluȝ le-
gis ꝛ ꝓphetarum: imo ꝛ sigilla sint so-
luta ꝛ litera apta p messiam. Iudei mi
seri quib⁹ fuit missus nolunt credere q꞉
sigillū secreti legis sit amotuȝ. Et hinc
est q꞉ idem dubium qō habebant ante
q̄ȝ veniret tenent nūc postq̄ȝ transierūt
millequadringentisexaginta āni a sua
natiuitate.ꝛ nolunt attenti videre quō
prophetie iam sunt implete pmanen-
tes in maledictōne dicte scripture.liga
testimoniū.signa legem. ꝛ iterum ysa.
vj. Audite audientens ꝛ nolite intelli-

gere ⁊ videte visionē ⁊ nolite agnosce-
re. quasi dicat auditis nō intelligit̃ vi-
detis ⁊ non cognoscitis. Et statim seq̃-
tur. exceca cor populi huiꝰ et aures eiꝰ
aggraua ⁊ oculos eius claude ne forte
videant oculis suis ⁊ auribus suis au-
diant ⁊ corde suo intelligant. Hic no-
tat Nicola. de lyra ꝙ talis excecatio et
obduratio nō ē a deo directe: ſ; a libert
arbitrij defectibilitate. Homo ei auer-
tens se a deo meret̃ vt iuste deus retra
het grām suaȝ ab eo. cuiꝰ effectꝰ est illu-
minare intellectum ⁊ mollificare affe-
ctum: ⁊ ideo ipsa subtracta homo exce
catur ⁊ obdurat̃ ex sua malicia. Et hoc
fuit impletū qñ ad p̄dicatōnem xp̄i iu
dei ꝑ magna parte fuer̃t obdurati ſm
ꝙ dicit̃ expresse Job. xij. ꝓpterea non
poterant credere. quia dixit ysaias. ex-
cecauit oculos eoꝝ ⁊ indurauit cor eo
rum. In qua excecatōne ac etiam duri
cia vsq; nūc in p̄sens tempus ꝑdurat ge-
neratio ista. Contra quos q̃si contra ꝑ-
tinaces tam ɔtra simplices iudeos q̃
ɔtra literatos eoꝝ qui nolūt credere ꝙ
sigillū legis est amotū. Dicit ysaias. c.
xxix. Claudet oculos vestros. id ē exce
cabit: sacerdotes et scribas qui debent
vos dirigē sic̃ oculi cetera membra cor
poris. Sciendū tñ q; deus nō ē cau-
sa excecatōis directe sed indirecte inq̃-
tum iuste a malis subtrahit gratiā suā
mentis illuminatiuam sicut statim su-
pradictū est. Sequit̃ ꝓphās quia im-
minente euersione ir̃lem apparuerunt
plura signa huiꝰ euersionis vt dicet̃ in-
fra ɔsideratione. ix. que tñ aliqui tanq̃
ꝓphete falsi interpretabant̃ in contrari
um sc; in bonum ciuitatis futurum. et
principes vestros quia decepti a tali-
bus prophetis rebellauerunt Roma-
nis ⁊ erit vobis visio omnium scil; ꝓ-
phetarum antiquoꝝ qui ꝓphetauerūt
de aduētu xp̄i ⁊ de destructione ciuita
tis ⁊ templi ꝓpter eius mortem sic̃ ver
ba libri signati q̄ non potest legi q̃diu
est signatus. Ideo s̄bditur quem cum
dederint scienti literas dicent lege istū
respondebit non possum. signatus est
eñi. sic respondent iudei moderni. mul
ti eñi doctores eoꝝ qui precesserunt de
terminauerūt tempus aduentus mes-
sie vnus post alium ⁊ omnes defecer̃t
quia tempora ab eis prefixa transierūt
ſm ꝙ dicit Rabi salomon super Dani
elem ⁊ causam huius defectus dicunt
doctores moderni iudeorum. scilic; ꝙ
sermones ꝓphetarum sunt clausi. sic ꝗ
datur liber scienti literas. id est perito
iudeo ⁊ respondet se non posse legere.
quia est signatus quasi dicat ego non
legam. quia nolo amouere sigillu;. se-
quit̃ ⁊ dabitur liber. s. apertus per pre-
dicatōnem xp̄i ⁊ apostoloꝝ ⁊ aliorum
predicatoꝝ euangelij xp̄i nescienti lite
ras. diceturq; ei lege. ⁊ respondebit ne-
scio literas. quia quando simplicibus
iudeorum fit sermo de aduentu xp̄i p̄-
terito ⁊ cōsimilibus dicunt̃ se non esse
peritos in lege. ſ; ꝙ magistri eorum sci
rent de talibus respondere quorum er
roribus firmissime adherent. Sic er-
go accidit omnibus miseris iudeis taȝ
l̃ratis q̃ simplicibꝰ ꝙ oms̄ ceci facti sūt
q; qui nescit legere nō intelligit ꝓphe-
tias. ⁊ q̄ scit legere nō vult amouere si-
gillū dicens. Video ꝙ pr̃ meus ⁊ aui
mei nō receperūt ih̄m xp̄m nec intelle
xerūt ꝙ ꝓphetie in eo fuerunt implete:
ergo nec ego volo credere. Hec est ma
gna cecitas ⁊ azinina bestialitas. quia
si primi excecati non cognouerunt bo
num plus sunt culpādi isti vltimi qui
vident tm̄ tempꝰ transisse ⁊ legunt san-
ctas scripturas ⁊ nō intendūt in eis si-
gillum amotum manentes in sua per-
fidia sicut patres eorum. Et ideo Lu.
vij. xp̄s comparauit eos pueris dicēs.
cui ergo similes dicam hoies generati
onis huius ⁊ cui similes sunt. siles sūt

pueris sedentib⁹ in foro. et loquentib⁹ adinuicē ꝛ dicentib⁹ cantauim⁹ vobis in tibijs ꝛ nō saltastis. lamētauim⁹ et ñ plorastis vbi dicit glo. lr̄alis. pueri doctores sẜ spū hūiles. forū synagoga vel ipsa hirl'm in q̄ iura p̄ceptoꝝ dei cōdebanẜ q̇ ꝯtribulib⁹ solebant exprobrare ꝙ nec psalmis allecti ad laudes assurrexerūt corde deuoto mēbroꝝ agilitate qđ notat salt⁹ nec trenis. i. lamētationib⁹ ꝓphāꝝ in excidijs factis vel fiendis ad pniam sunt cōuersi. Voluit ergo xp̄s exprimē cecitatē ꝛ obstinatōez iudeoꝝ in p̄dicta silitudine pueroꝝ ad lr̄az em̄ sic faciebāt pueri iudeoꝝ. Circa qđ est aduertendū ꝙ multum valde facit ad virtutem ꝙ aliq̄ a sua puericia assuescūt oib⁹ opib⁹ v̄tuosis. Jō apud antiq̊s fuit ꝯsuetū ꝛ expedit ꝙ sic pueri exerceanẜ in ludis honestis inducētib⁹ ad v̄tutē ꝛ retrahētib⁹ a vicijs ꝓpẜ qđ pueri hebreoꝝ hēbant talē ludum. Diuidebanẜ em̄ in medio ciuitatꝫ i duas ꝑtes eq̄les ꝛ illi q̇ erāt ex vna ꝑte canebant carmen leticie. ꝛ alij ex opposito carmen lugubre et postea exprobabant sibi mutuo ꝛ exultātes dicebant alijs q̄re sibi nō cōgaudebāt. et ecōtra alij q̄re sibi nō cōpatiebanẜ. ꝛ h̄ fiebat ad exprimendū vanā leticiā ꝛ defectū compassionis ꝛ amicicie ad inuicez in hoc mundo sicut videmus frequenter etiā in eadem ciuitate imo etiā in eodē vico vel etiā vel eadem domo ꝙ aliqui letanẜ ꝛ alij etiā tristanẜ ex opposito h̄ similiter erat de iudeis q̄tuz ad hoc ꝙ viderāt austeritatē iohis nec ꝑ hoc moti fuerāt ad pniaz ꝛ postea viderūt dulcedinē ꝛ mansuetudinē xp̄i. quia dulcedinē eius p̄dicauit et cum eis dulciẜ ꝛ mansuete conuersatus est: nec g̃ues penas imposuit penitentibus sed dixit vade ꝛ amplius noli peccare Johis viij. ꝛ tñ ꝑ hoc nō fuerūt moti ad deuotionis dulcedinē ꝛ pietatis. ꝫ magꝭ remanserūt ceci ꝛ obstinati in pctis. scilꝫ vtriusqꝫ vitā in malū interp̄tando qđ ꝛ faciūt hodiernis tp̄ib⁹. Sūt g̃ iudei similes pueris nō q̄tum ad eoꝝ ig̃scentiā: ꝫ q̄tum ad ludi eoꝝ interp̄tatōem h̄ sufficiāt de cecitate iudeoꝝ. De secūdo. t. si pōt sanari cecitas iudeorum. Rñdeẜ ꝙ possibilitas nō negaẜ. ꝫ quia medicinā recipe recusant. Jdo sui culpa sꝑ ceci manēt. Ad hāc em̄ cecitatem ab ipso ppl'o amouēdā sꝑ eccl'ia ab initio sui adhibuit spūalem medicinā aliqñ ꝑ miracl'oꝝ oꝑationez sicut fuit tꝑe xp̄i ꝛ apl'oꝝ. Interdū v̄o ꝑ aliquā partialem ꝑsecutionē vt saltez impleta facie eoꝝ ignominia ꝯuerterenẜ ad querendum dominū. Aliquādo ꝑ deuotā oꝛ̄onem sicut in parasceue. Orem⁹ ꝛ ꝑ ꝑfidis iudeis vt deus ꝛ dñs noster auferat velamen a cordib⁹ eorum vt ꝛ ipsi agnoscant iesum xp̄m dominū nostrū. Nonnunq̄ etiam ꝑ sacre scripture predicationē que cōueniens ꝛ vtilis modus videẜ ad ipsoꝝ ꝯuersionez. Nam si interdū in eis p̄dicatio non proficit: meritū tamen sui laboris p̄dicans non amittit. Vnde berñ. ad eugeniū. libro iiij. ca. ij. planta. riga. fer curam. ꝛ tuas explicuisti ꝑtes sane incrementuz vbi voluerit dabit deus: nō tu. vbi forte noluerit. tibi deperit nihil: dicēte scriptura. Reddet deus mercedē laboꝝ sctōꝝ suoꝝ vt Sapie. x. Paulus loquiẜ Corinth. xv. plus omnib⁹ laboraui nō ait. plus om̄ib⁹ ꝓfui. aut plus omnib⁹ fructificaui. verbū insolens. i. arrogans religiosissime vitans. alias autē nouerat hominem quem docuit deus. q2 vnusquisqꝫ s̄m suum laborem accipiet Corinth. iij. nō scd̄m ꝓfectū. id est fructuz conuersionis ꝛ ob hoc in laborib⁹ potius q̄ꝫ in ꝓfectibus gloriandū esse putauit cum non sit in homine vt semen serenti respondeat.

De iudeorum parentela ex talmuth doctrina.

spiritussanctus ad loquendum cū pro
phetis et in secunda non quia tres vl-
timi prophete. scilicet Aggeus zacha-
rias et Malachias qui fuerunt in do-
mo secunda erant senes et remāserāt
a tempore domus prime et in Mala-
chiam cessauerunt prophete quia ipse
fuit vltimus. Nunc ad propositu₃ re
deamus ex quo in domo secunda defi
ciebant ista quinq₃ in quo erat maio-
ris glorie q̄₃ prima nisi quia debebat i

ea venire messias filius dei viui qui in
compabiliter excedebat omnia predi
cta. Patet ergo manifeste ex hac pro-
phetia nullā aliā domū siue templu₃
materiale fiendum cum domus illa se
cunda esset nouissima i qua venit chri
stus qui est vera gloria. Sed arguit
vlterius iudeus si tu dicis ꝙ hec pro-
phetia fuit impleta in domo secunda
quando motum est celum et terra et
mare et arida quia non videntur ista
facta esse in aduētu ihu nazareni ergo
necesse est dare terciā domū qn̄ ista im
plebuntur. Respondeo ꝙ imo oia ista
fuerunt impleta in aduētu ihu naza-
reni veri messie. Dicit em̄ adhuc vnu₃
modicū. id est tempus breue respectu
precedentis duratōnis mundi et ego
mouebo celū. istud fuit impletū quā
do stella noua in natiuitate christi ap-
paruit. Math. ij. et terrā ⁊ mare. quod
fuit impletū per victoriā romanorum
in omni terra ⁊ i insulis maris. Et mo
uebo oēs gentes hoc fuit impletū imi
nente xp̄i natiuitate propter quod exi
it edictū a cesare augusto vt describe
retur vniuersus orbis redactus sꝏ do
minio romani imꝑatoris propter qꝺ
ibant singuli in ciuitatē suā ⁊ tunc cri
stus fuit natus Lu. ij. Ipso ergo chri
sto adueniēte multitudo maris ad eū
est conuersa celū. tellus ⁊ maria sūt cō
mota. cōmota inq₃ sunt celi et terre et
maris habitatores exultauerūt. ⁊ vndi
q₃ terrarꝫ hierusalē habitationes vari
as oblationes varias ad laudem ipiꝰ
xp̄i attulerunt. Ad secundum i quo
querebatur si daretur terciū templu₃
materiale quid contineret. dicit iudeꝰ
ꝙ contineret archam. tabulas virga₃
et manna. Sed contra hoc est Iere. i
ca. iij. Non dicent vltra archa testamē
ti neq₃ ascēdet super cor neq₃ recorda
buntur illius nec visitabitur. nec fiet
vltra. sed in tempore illo vocabūt hie

rusalem soliũ domini et congregabũt ad eum omnes gẽtes. vbi est glosa doctorũ iudeorum ꝙ pro tempore hierusalem syon soliũ domini. iuda. israel sanctuariũ. terra. omnia hec vocabula significant gloriã paradisi. Ad terciũ si daretur terciũ templũ ad quid seruiret dicunt iudei ꝙ seruiret pro sacrificijs faciendis sicut preterita domus. Sed contra hoc dicit deus ysa. vltio. celũ sedes mea terra scabellum pedum meorum que est ista domus quã edificabitis mihi et quis est iste locus quietis mee. Respondent iudei domino. dñe ista tercia domus edificabitur tibi pro sacrificijs offerẽdis sicut in ceteris domibus fuit factũ vt respicias pro peccatis nostris et parcas et dicit dominus eis ad quẽ respiciam nisi ad pauperculum. contritum spiritu et trementem sermones meos. Et exemplificat de sacrificijs antiquis. Dicens qui immolat bouem quasi qui interficit virum qui mactat pecus quasi qui excerebrat canem. qui offert oblationẽ quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordatur thuris quasi qui benedicat ydola. quasi dicat ista sacrificia non mihi placent cessare debent. et solũ mihi placet ꝙ tẽpore messie est fiendum. id est sacrificium cordis contriti et humiliati ꝛc. Ad quartũ in quo queritur si daretur tercium templũ quis ibi ministraret. Respondent iudei ꝙ ibi seruirent sacerdotes de leui et de sadoch. Sed contra hoc est ysa. in ca. eodem vbi loquens de messia dicit. ꝛ declinauit super eã sicut flumen pacis. sequitur ꝛ mittet ad gentes in africam et lydiam et ytaliã et greciã ꝛc. ꝛ faciet ex eis in sacerdotes et leuitas dicit dñs quod impletum est in ihesu nazareno tempore apostolorũ. Sacerdotium enim antique legis figura fuit sacerdocij noue legis. Et ideo presente sacerdocio noue legis cessare debet antiquũ. Juxta illud primi Reg. ij. vbi sic agit deus. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in egipto. et elegi eũ ex omnibus tribubus israel mihi in sacerdotẽ vt ascenderet in altare meum. sequitur. Ecce dies veniũt et precidã brachiũ tuũ et brachium domus patris tui vt non sit senex in domo patris tui. id est presbyter vel sacerdos. et quasi in fine capituli cõcludit. et suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem qui iuxta cor meum et animam meam faciat. et edificabo eius domum fidelem et ambulabit coram xpo meo cunctis diebus vbi euidenter ostenditur ꝙ iudeorũ sacerdociũ erat finaliter consumandum et erat aliud consurgendum cunctis diebus perduraturis corã xpo domino. Juxta illud psal. tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere per institutionem sadoch ꝛ expulsionem abiathar a sacerdotio. tercij Regum. ij. capitulo. quia cum illa exclusionem hanc etiam generalem intellexit propheta sicut apparet ex modo loquendi quia dixit ꝙ cunctis diebus. Certum est autem ꝙ cunctis diebus sadoch non ministrauit. nec volo tacere quod sequitur in eadem prophetia futurum est autem vt quicunque remanserit in domo tua veniat vt oretur pro eo et offerat nummum argenteum et tortam panis. dicatque dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt cõmedam buccellam panis hic est textus noster. Litera vero hebraica sicut habui a quodam perito conuerso de iudaismo reuelante mihi hoc secretum hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotem fidelem sicut cor meum et voluntatem meam faciet et venient ad adorandum ei me in domo mea in calice argenti et in placentula panis et dicent con-

iunge me nunc vni istorum sacerdo- tum ad cōmedendum hanc placentu- lam panis lr̄a hebraica vbi nos habe mus nummum argenteum habet a gorath que cesh quod sonat in calice argenti. Ex quibus manifeste patet non solū mutatio sacerdotū: ꝫ etiaȝ no uum sacrificiuȝ fiendi in calice argenti ꝛ torta panis que vt clare patet imple ta sunt in aduentu xp̄i et suoꝝ sacerdo tum de ista materia latius dicet̃ infra in .xxiiij. argumento. Ad quintū .s. si daretur terciū templuȝ que dies illud solemnizaret. R̄ndet iude⁹ ꝙ dies ma gis solemnis in illo templo erit sabba tum. Sed contra hoc est ysaias .c. vbi supra erit mensis ex mēse .s. solaris ex lunari ꝛ sabbatuȝ ex sabbato: quasi di cat dies dn̄icus ex sabbato ꝙ totū iple tur in nostra ih̄r̄l'm eccl'ia militanti tē pore veri messie: non em̄ debebat ma nere festiuitas sabbati nec quecūq; alia iudeoꝝ. vn̄ ysa. p̄mo. Neomemia ꝛ sab batū ꝛ festiuitates alias non feram ini qui sunt cetus vestri kalendas vr̄as et solēnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. Templum ergo et ih̄r̄l'm quod debuit edificari tē pore messie est sp̄ūale scȝ ecclesia vel paradisus nō materiale quod imple- tum est in ih̄u nazareno. In confirma tione omniū p̄dictoꝝ scilicet ꝙ nō sit dandum terciū templū sicut legimus in cronicis imp̄atoꝝ ꝛ summoꝝ pōtifi cum. Julian⁹ apostata odio fidei xp̄i- ane p̄cepit iudeis vt templuȝ suū ree- dificarent: qui ex omnibus mundi p̄ti bus congregati opus facere inceper̄t. sed ꝙ cum magno labore ꝛ per multa t̄pa fecerant subito corruit terre motu hec ibi. Iste iulianus suscitauit .xij. p̄se cutionem xp̄ianoꝝ. Itē tempore mar tini pape p̄mi Humarus princeps sar racenoꝝ veniens ih̄r̄l'm vbi olim fuit templum iudeoꝝ q̄d p tytū destructū fuerat diligenter iubet inquiri loco ve ro reperto ꝛ diligenter mundato cepit templū edificare ꝛ structura nō stabat imo repente corruebat: sciscitans q̄q; cur hoc accideret p quosdaȝ iudeos re perit ꝙ nisi crux dn̄i que erat in mōte oliueti de medio tolleret̃ edificare nō possit quod factū fuit sublata em̄ cru- ce domini structura tenuit ꝛ humarus supra sepulcrū domini vnā eccl'iaȝ ro- tundam edificauit p eo ꝙ machome- tus dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m tanq̄ȝ dei sum mum p̄p̄ham nō aūt tanq̄ȝ deū adora rari mandauit. Dicit em̄ i Alchorano ih̄m xp̄m veꝝ fuisse p̄p̄ham natum de virgine cōceptū de spiritu sancto ꝫ nō deū. Et si queratur cur cruce dn̄i existen te in monte oliueti structura illa non stabat. Ratio esse potuit q² non patie batur de⁹ ibi templū fieri blasphemie p̄ciosa dn̄i cruce ibi existente in quo tē plo dū humarus sacrificaret a quodā persa interfectus est hec in collectura historiarum

Contendit iudeus p̄bare ꝙ ihesus non est verus messias: q² in eius aduentu non est sal- uata iuda

Quintūdecimū argumentū iu deoꝝ ꝯ xp̄ȝ accipit̃ p illō Iere. xxiij. Ecce dies veniūt dic̄ dn̄s ꝛ suscitabo dauid germē iustū: transla tio caldaica hȝ .i. messiā iustū seq̄t̃ i die bus ill' saluabit̃ iuda ꝛ isrl' hitabit cōfi- dēt̃ ꝛc. Sed nūq̄ȝ tot miserie acciderūt iudeis sicut post morteȝ ih̄u nazareni sic̄ p̄tȝ in destructōe ciuitatis ꝛ tēpli er go non est ip̄e messias. Ad illud argu mētū r̄ndet̃ ꝙ illa p̄phecia ē ipleta q̄n- tū ad illos q̄ fuerūt veri filij isrl' ꝛ iuda q̄ saluati sūt sp̄ūalit̃ non solū q̄ntuȝ ad aīas ꝫ etiā corp̄alit̃: q² vt dicit̃ in ecclesi astica historia imminēte destructione ciuitatis p tytum ꝛ vespasianū admo-

niti sunt fideles qui erant in iudea per angelum vt transirent in regnuꝫ regis agrippe qui erat confederatus romanis in pace. Infideles aūt qui libieręt nō credentes in xp̄m suā miseriam de suo pctō meruerūt. Huic cōcordat responsio venerabił mgr̄i petri alfonsi i suo dialogo tit.ix. vbi dicit ꝙ ꝓmissio eis dumtaxat est facta q̄ credituri erāt de israel atqꝫ iuda vn̄ ⁊ incredul' nō est cōpleta queādmodū pplo israel d̄ egipto educto quidā q̄ꝛ peccauerūt ⁊ a p̄ceptis dn̄i recesserūt terrā ꝓmissionis nō intrauerūt quā ꝓmisit dn̄s moysi dicens descendi vt liberarē pplm meū de manu egiptioꝝ vt educereꝫ de terra illa in terrā bonā ⁊ spaciosam ꝫ oēs in desero mortui sunt. hec ille. Impleta ē ergo ꝓphia nō in infidelibꝰ qui non sunt ꝓprie filij israel ⁊ iuda ꝫ in fidelibus. Fuit etiā impleta in domo scda q̄ꝛ de ea loquit ꝓpha. vel p̄t dici ꝙ illa saluatio ⁊ cōfidentia est de gloria celesti q̄ꝛ ibi habitant confidenter ⁊ sunt ꝑfecte saluati.

Contendit iudeus probare ꝙ iesus nō ē verꝰ messias quia non habuit filios neqꝫ semen.

Sextūdecimū argumentū faciunt iudei ex illo Isa.liij. videbit semē longeuū qd̄ intelligit de messia. ⁊ in p̄s. ponā in seculū scl'i semē eius. nūc aūt nō legit ih̄m nazarenū habuisse filios nec semen ergo ip̄e nō est messias. Ad istud argumentū rn̄det ꝙ ih̄s nazarenꝰ habuit filios ⁊ semē nō corꝑale ꝫ sp̄uale. ⁊ hoc sufficit ad verificandū illā ꝓphiam q̄ꝛ verus messias ih̄s descēdit de semine sp̄uali nō corꝑali. quod patet q̄ꝛ p̄ria ꝓmissio facta de messia fuit facta abrahe Geñ. xv. In semine tuo inquit sibi dn̄s. bn̄dicentur oēs gentes ⁊ subdit quod sibi dixit dn̄s in ysaac vocabit tibi semē et tamen constat ꝙ ysaac conceptꝰ est s̄m spiritū nō s̄m carnē sicut ysmahel vt dicit apl's ad Gal'.iiij. A fortiori igitur ⁊ multo magis xp̄s qui non ex virili semine sed mistico spiramie. quia ergo verꝰ messias ih̄s fuit natꝰ totaliter s̄m spiritum de virgine sine viro. sufficit sibi ꝙ habeat filios sp̄uales et glossa hebraica super illo in ysaac vocabit tibi semen. Dicit hic notāter duo secula vnum legis aliud xp̄i et messie. in seculo legis fuerunt semen ⁊ filij carnales i seculo xp̄i sp̄uales sicut ysaac s̄m spiritum natus est et de istis filijs loq̄tur dauid. p̄s. xliiij. qui ad literam etiā s̄m expositores iudeoꝝ exponit de rege messia in quo dicitur sic pro p̄r̄ibus tuis nati sunt tibi filij ⁊c. sicut em̄ ipse non debebat hereditare regnum a p̄r̄e carnali sic nec debebat regnuꝫ temporale dimittere filio carnali ꝙ ostendit humilitatē ⁊ mundiciā ip̄ius ⁊ forte ratione istius fuit et est consuetudo iter xp̄ianos ꝙ papa qui est vicarius christi non est heres regni sui patris nec dimittit hereditatē filio suo quia ipsum habere non potest.

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus non ē verꝰ messias q̄ꝛ lux lune non ē fctā vt sol nec sol vt lux septem dierum.

Decimūseptimū argumentū iudeoꝝ est de sole ⁊ luna q̄m̄ i diebus messie vtꝫ Isa. xxx. erit lux lune sicut lux solis. ⁊ lux sol' erit septēpliciter sicut lux septē dieꝝ in die qua alligauerit dn̄s vulnꝰ ppl'i sui. Respōdetur s̄m peritum viꝝ petrum alfonsi in dialogo titu. ix. ꝙ non est gens i mūdo stolidior iudeis q̄ putant ꝙ corpus vel lumen lune deus augeat siue solis Sol em̄ si quantꝰ nunc est maior esset dupliciter totum ꝓfectū hoīm cōbureret nedū si septēpliciter ꝙ sit ⁊ lumen se

ptempliciter magis esset oculos nimi
rum nr̄os nimio splendore obtondẽt.
lumen etiā lune si splendori solis par
fieret nemo iam vltra quiesceret semꝑ
eñ dies esset. Per lunaris igr̄ lucis si
ue solaris augmentū voluit ꝓpħa itel
ligi fidem ⁊ gl̄iam in xp̄m crediturorum
ac si diceret fides illorum ⁊ gloria multi
pliciter maior erit ⁊ perlucidior q̄ꝫ mo
dernorum. ⁊ ꝙ nō de luna vel sole isto vi
sibili. Sed de xp̄ianorum credulitat' glo
ria ⁊ splendore ꝓpħa loquatur in seq̄n
tibus testatur cū subiungit nō erit tibi
amplius sol ad lucendū ꝑ diẽ nec splẽ
dor lune illuminabit te ꝫ erit tibi dñs
in lucẽ sempiternā ⁊ deus tuus in glo
riam tuā. ⁊ nō occidit vltra sol tuꝰ ⁊ lu
na tua nō minuet q² dñs erit in lucem
sempiternam. Nam si de sole vel luna
ꝓprie diceret hoc quidẽ qd̄ dicit n̄ erit
tibi amplius sol ad lucendum per diẽ
nec splendor lune illumiabit te illi qd̄
supra dixerat contrariū esset. erit. scili
cet lux lune sicut lux solis. ⁊ lux solis
erit septẽplicit. Patet ergo ꝙ de splẽ
dore et gloria fidei ꝓpħa sancte ecclesie
hic loquitur quod ex conseq̄ntibꝰ desi
gnatur cum subditur. sed erit tibi dñs
in lucem sempiternam ⁊ dñs deus tu
us in gloriam tuam. ac si diceret neq̄
q̄ꝫ vlterius luce credulitatis vestre hꝰ
qui est similis solis istius transitorij vl'
lune indigebitis fulgoribus. Gloria
quippe lucis sue vos eternalit illumi
nabit dñs. sed et quod sequitur. nō oc
cidet vltra sol tuus et luna tua nō mi
nuetur si hoc inq̄ꝫ ita vt est intelligere
tur. scilicet vt solis splendor ac lune
foret continuus non esset iam dies vel
nox mensis vel annus que oīa sol' ⁊ lu
ne proueniunt vicissitudinibꝰ ergo nō
īmerito ď luce et gloria fidei nr̄e q̄ nec
minuetur nec occidet spūaliter dictuꝫ
intelligimus. Hec ille. Nonus cōuer
sus bene locutus est. Vel aliter ſm ni

colaum de lyra dicendum est ꝙ loqui
tur propheta de aduentu xp̄i ad iudi
cium tunc mutabuntur ⁊ innouabun
tur quodammodo corpora celestia. et
tunc saluabitur vulnus populi ⁊ pres
sura plage eius q² destruetur mortali
tas per peccatū primorum parentū idu
cta q² oẽs hoīes resurgent ad vitā im
mortaleꝫ. vtraq̄ꝫ expositio videt neces
saria vt ꝑfectio glorie xp̄ianorum ostẽda
tur. s. in p̄nti quo ad primā ⁊ in futuro
seculo quo ad secundam.

**Contẽdit iudeꝰ probare ꝙ ie
sus non ẽ verꝰ messias q² i eius
aduẽtu non ẽ sublatū ceptrum
ab israel.**

Decimūoctauū argumẽtū iude
orum est messias nō ẽ veturꝰ quo
usq̄ꝫ sceptrū isrl' sit ablatū ꝫ nō
dum est ablatū sceptrum israel ergo non
dum venit messias. Maior ptꝫ Geñ.
xlix. nō auferet sceptrū de tribu iuda
⁊c. minor ꝓbatur ꝙ adhuc manet po
testas seu dominiū iudicandi causas ⁊
determinādi apud capita transmigrā
cium qui sunt in babilonia que locuꝫ
regis tenent suꝑ totum ppl'm israbeli
ticū vt habet a Rabimoyse egyptio li
bro de iudicibꝰ in determiatōibꝰ suis
de canhedrin. iiij. c. vbi sic dicit capita
transmigratōis que sunt in babilonia
locū tenent et possunt dñari in hierl'm
⁊ vbiq̄ꝫ terrarū ⁊ iudicare suꝑ eos siue
velint siue nolint sicut scriptū est. non
auferet sceptrū de iuda. per istud eñ
sceptrū intelligūtur capita transmigra
tionis q̄ sunt in babilonia. hec ille. Re
spondet ꝙ minor huius argumenti. s.
ꝙ sceptrū israel nondū est ablatū non
solū est manifeste falsa ſm euidentiaꝫ
facti sed est etiā notorie ficta seu mẽdo
sa: ⁊ ꝑ ꝯñs contra ꝓpheticā veritatẽ. vt
notat mgr̄ paulꝰ in suo dialogo di. iij.
c. ij. Primū patet ex hoc. Nam babi-

lonia in qua asserunt iudei esse capita
transmigranciū habentiū tales ptātes
et dñia sup totū pplm iudaicū manife
stum est ꝙ iam a magnis tpibus citra
est destructa ⁊ inhabitabilis reddita ⁊
hoc fuit ꝓphetatū de ea Isa.xiij.c. vbi
sic habetur. Et erit babilō illa ciuitas
gloriosa in regnis. inclita in superbia
caldeoꝝ. sicut subuertit dñs sodomā ⁊
gomorrā. nō habitabit vsqꝫ in finem et
nō fundabit vsqꝫ in generatōe ⁊ genera
tionē. constat ꝙ in terra inhitabilit de
structa null⁹ cōmorat ⁊ multo min⁹ est
credibile ꝙ sūt ibi talia capita. Est eti
am notoriū inter iudeos ꝙ a magnis
tpibus retroactis nunqꝫ in ptib⁹ babi
lonis. nec aliqd iudiciū nec determiatō
nec solū rumor aliquis de illis ptibus
ad istas ptes europe venit. Vñ noto
riū est fm euidentiam facti ꝙ nō sunt
ibi iudei dñantes super totaꝫ isrl sicut
asserunt iudei. Secunduꝫ aūt. s. ꝙ mi
nor illa sit ficta seu mendosa patꝫ ex h
nam fm predictū rabi moysen ⁊ cōiter
fm oēs doctores iudeoꝝ extra terram
ꝓmissionis nō ꝑt nec licet nec aliqñ li
cuit alicui iudeo iudicare iudicia cri-
minalia. de quibus. s. est mutilatō mē
bri humani aut occisio. Constat auteꝫ
ꝙ qui non habet iurisditionem in tali
bus nō potest iudicare nec capitaliter
punire blasphemū vel ydolatrā. homi
cidam adulterum nec alium quēcūqꝫ
incurrentem talia crimina que grauis
sima sunt fm legem mosaycam. Et sic
exceptis illis ⁊ similibus cetera sūt le-
uia. Ex quo sequitur ꝙ illa capita trās-
migrationum que iudei dicunt esse in
babilonia non possūt iudicare de gra
uibus seu capitalibus criminibus cuꝫ
sint extra terram promissionis sed tm̄
de leuibus et paruis quoꝝ respectu
non possunt dici habere sceptrum nec
potestatem regalem prout dicunt iu-
dei. nec possunt dici ꝙ teneant sceptruꝫ
seu locū regis sed tales essent sicut iu-
dices inferiores habentes modicā po
testateꝫ. Manifestum ergo est ꝙ rabi
moyses ⁊ alij rabini qui asserunt ꝙ in
babilone sunt capita transmigratōnū
habentia potestatem regiam super to
tum populū iudaicū manifeste men-
ciuntur cū illud asserunt quod est con
tra mentē suā omnes enī concorditer
tenent ꝙ extra terrā ꝓmissionis nulli
iudeoꝝ pertinet talis potestas. Est eti
am scdo pdicta minor contra ꝓpheti-
cam veritatē. legit enī Osee. iij. ca. sic.
Dies multos sedebunt filij israel sine
rege ⁊ sine principe ⁊ sine sacrificio et
sine altari. que quidē auctoritas tā fm
expositores iudeoꝝ, qꝫ nostros intelli
gitur de statu iudeoꝝ ⁊ captiuitate ho
dierna. Et sic patet ꝙ asserere iudeos
habere in babilonia vel alibi tempore
huius captiuitatis principem vl regē
seu aliquod hmōi est contra iōam eui
dentiam rei ficticium et mendosuꝫ ac
contra propheticam veritatem.

Contēdit iudeus probare ꝙ
iesus nō ē ver⁹ messias q: non
venit in tpe quo fuit sceptrū ab
israel sublatum.

D Ecimūnonum argumentū iu-
deoꝝ est si ihs nazaren⁹ fuisset
verus messias tenuisset venire
tpe q̄ fuit ablatū sceptꝝ iuda ꝫ nō vēit
i illo tpe ergo ñ ē ipe messias. Maior
pꝫ ex aucte allegata ā. Mior ꝓbat q:
si sceptꝝ iuda fuit ablatū h fuit pͦ ꝑ ma
chabeos q̄ nō erāt d tribu iuda ꝫ d tri
bu leui. Erāt ei sacerdotes ⁊ totū pplꝫ
gubnabāt illi i tēplo scdo qd fuit ꝑ tri
centos annos ⁊ vltra añ aduentū ihu
nazareni vtꝫ i historijs Josephi ⁊ alijs
Cū igr ihs nazaren⁹ nat⁹ sit tpe hero-
dis regis q̄ machabeis successit in re-
gno iudeoꝝ ꝯstat ꝙ nō venit i tpe pnū
ciato ꝑ patriarcham. nā longe añ tem

pus herodis in quo tpe xp̄s natus est
iam erit ablatū sceptrū de iuda vt dcm̄
ē trāsierat i machabeis q̄ erāt trib⁹ alte
ri⁹. Hic daṫ duplex rn̄sio. Pria ē q̄ lȝ
machabei fuerūt sacerdotes ⁊ p p̄ns ō
tribu leui. tn̄ fm lineā maternā erāt de
tribu iuda. Et iō p gubernatōȝ eoꝝ nō
erat ablatum sceptrū de iuda. tn̄ quia
hoc non posset clare probari. Ideo ad
argumētu concessa maiore. Rn̄detur
ad minorem fm alios plani⁹. Ad qd
sciendū vt hr̄ Nun̄. xj. c. tpe moysi de
mandato dei fuerūt congregati. lxx. se
niores israel vt essent coadiutores i re
gimine ppl̄i cū ipo moyse. ⁊ extūc fm
oēs doctores iudeoꝝ sp fuit in iudais-
mo collegiū seu consistoriū qd diceba
tur cāhedri ad qd oēs difficultates seu
dubia fidei ⁊ legis pueniebant ⁊ simlr
oia magna ⁊ summa iudicia seu cōtro
uersia de quib⁹ intelligiṫ cōiter illud
Deutro. xvij. Si difficile ⁊ ambiguuȝ
apud te iudiciū esse pspexeris inṫ san-
guinē ⁊ sanguinē crimen ⁊ crimē ⁊c. ⁊ i
fra surge ⁊ ascēde ad locū quem elegit
dn̄s ⁊ seq̄ris sniam eoꝝ nec declinabis
ad dexterā vel ad sinistrā. qui q̄dē can
hedrin a tpe dauid ⁊c. citra residebant
principaliter sub regibus ⁊ ducib⁹ iu-
de in iherusalem. ⁊ postea in babiloni
ca captiuitate. Dum ibi essent reges vl
duces de iuda. conseq̄nter in reditu di
cte captiuitatis residebunt in iherusa
lem sub ducibus de tribu iuda dum es
sent ⁊ durabat ptās eoꝝ etiā nō existē
te rege vel duce de iuda put ptās ali-
cui⁹ capl̄i vacante sede durat. ⁊ sic au
ctoritas ⁊ ptās canhedri durauit etiaȝ
tpe machabeoꝝ ⁊ vsq ad. xl. annos an̄
destructionē tēpli scd̄i in quo tpe cessa
uit ex toto eoꝝ ptās seu iurisditō eo q
tunc tpis interfecit herodes omnes ra
binos seu mgrōs illi⁹ collegij put hr̄ i
libro canhedrin iherosolimitano in. c.
de iudicijs pecuniaꝝ. Itē hr̄ in libro

abundasar. c. pmo. vn̄ ptunc ꝓrse fu
it ablatū n̄ solū sceptrū de iuda ȝ etiā
scriba de filijs ei⁹. quod quidem tēp⁹
concurrit cū tpe passionis ihu xp̄i dn̄i
nr̄i. qui fm oēs p. xlij. annos ante de-
structionē templi secundi fuit passus
sicut regnū herodis q̄ fuit alienigena
in cui⁹ tpe titul⁹ regius a toto genere
iudeoꝝ fuit ablatū fuit valde ꝓpiquū
tempori natiuitatis xp̄i ihu. Ex q̄bus
patet q tpe herodis vt dcm̄ est in quo
tpe verus messias venit ex toto sceptꝝ
iuda fuit ablatū ⁊ ꝓphetia adimpleta
Et si forte dicat iudeus q in p̄dicta re
sponsione videnṫ assignare duo tēpo-
ra. s. qn̄ ablatū fuit sceptrū iuda hero-
de regnante qui alienigena erat. Et tē
pus qn̄ ablatus fuit dux seu scriba de
filijs eius qn̄o d vt dictū est fuit imple
tum quando herodes occidit rabinos
seu mgrōs legis qui dicebantur cāhe
drin qui non videntur fundare in ali-
qua auctoritate autentica. nec concor
dare verb patriarche supradicti iacob
cum ipe non assignauerit duo tempo
ra. sed tantum vnum dicens donec ve
niat qui mittendus est. scilicet messias
fm quod dicūt christiani et scd̄m trās
lationem caldaicam. Respondeṫ fm
historias thalmudicas quas iudei te
nentur tanq̄ autēticas habere duo fu
erunt ablata de tribu iuda in diuersis
temporibus licet non multum ab inui
cem remotis. vnum est sceptruȝ regni
quia herodes ascalonita cum esset nō
solum alienigena. sed etiam seruus de
domo machabeorum et de fcō regnas
set in iudea et in hierusalem. Idcirco
timens q cum regnum ei non compe
teret de iure eo q legitur Deutro. xvij
capitulo. de medio fratrum tuoruȝ po
nes super te regem nec poteris pone-
re super te alienigenam. possit pro tē
pore aliquis consurgere de stirpe da-
uid et eum de regno expellere. Ideo

interfecit omnes quos potuit habere de genere regio in qua occiſione ablatum fuit ſceptrum de iuda preſertim ſm eſtimationem populi cōem. ⁊ ipi⁹ herodis qui credebat nulluȝ de ſtirpe regia in iudea remāſiſſe. Sed ſceptro ablato mō ṗdicto adhuc remanebant canchedrin q̄ dicunt doctores ſeu ſcribe q̄ reſidebant ſub herode ſicut alias reſidebāt ſub regibus ſeu ducib⁹ iſraeliticis. ſed poſtea fuerūt ab herode interfecti cāchedrini oēs. ⁊ tūc ꝓprie fuit ablatus ſcriba de filijs iuda que omia ſupradicta in libro qui dicit babacra. ca. j. ⁊ in libro canchedrin hieroſolimitano ⁊ in libro abodaſera ſupᷓ allegato habent. Patriarcha igit iacob ſpiritu dei iſta ṗcognoſcens ꝓprie ṗdixit. non auferet ſceptrū de iuda i hoc aſſignās primā ablatōeȝ ṗdictā ad titulū regiū ꝑtinentē. Cōſequenter dixit ⁊ ſcriba ꝺ filijs eius in hoc ṗſignans ſcdām ablatōem canchedrin ṗdictā. Que q̄deȝ duo in diuerſis tꝑibus cōtigerūt ab herode ſeu herodianis. Et attendēduȝ ꝙ ꝺ prima ablatōe ſumus certificati ꝑ hiſtorias thalmudicas ṗallegatas n̄ tñ de tꝑe quo cōtingit ꝑ eas certificamur. Per hiſtorias aūt nr̄as. ſ. euāgelicas certificamur nō ſolū de occiſione ſꝫ etiam de ipius tꝑe. Tradunt. n. herodeȝ occidiſſe quoſcunqꝫ potuit in bethleē. a bymatu. ⁊ infra. ⁊ hoc cū natus eſſet ieſus in bethleē iuda Math. ij. De ſecunda vo occiſione. ſ. canhedrini ⁊ de tꝑe quo contigit ſumus certificati ꝑ hiſtorias in libris ṗallegatis. quod fuit per. xl. annos ante deſtructōnem templi ſecundi. Et ſic patȝ ex predictis ꝙ non fuit ablatum ſceptrum de iuda ꝑ herodeȝ. nec dux ſeu ſcriba de filijs ei⁹ modo ṗdicto donec venit meſſias. vt ṗdictum eſt. hec ex predicto dialogo magiſtri pauli vbi ſupra.

Contendit iudeus probare q⁹ ieſus non eſt verus meſſias quia in eius aduētu non venit in nubibus celi.

VIcesimū argumentū iudeorū eſt acceptuȝ ex illo qꝺ hr̄ Dan. vij. aſpiciebā in viſu noctis ⁊ ecce in nubibus celi quaſi filius hois veniebat ⁊c. Et ſm oēs doctores catholicos loquit ibi de aduentu xp̄i. ſꝫ ieſus nazarenus nō venit in nubibus nec in tali poteſtate qualis ibi deſcribit. ergo nō fuit xp̄c. Rn̄det hic Nicolaus ꝺ lyra ꝙ ſcriptura loquitur de duplici aduentu xp̄i. ſ. in mundū ⁊ ad iudicium. Primus aduentus xp̄i deſcribit cum humilitate. ⁊ ſecundus cuȝ maieſtate. Daniel aūt loquit de ſecūdo aduentu. Vnde ibidē dicit. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt. ⁊ ſequit ibidem iudicium ſedit ⁊ libri apti ſunt. Iudei āt excecati neſciunt hunc duplicē aduentū diſtinguere. ⁊ ideo errant mľtipliciter. quia aliqui expectāt xp̄m in aduētu ſuo ſtatim apparere in tanta virtute ⁊ poteſtate ꝙ poſſit ſibi omnia terrena ſubijcere ⁊ eos liberare ⁊ regnuȝ ſuū reſtituere. ꝓpter qꝺ ⁊ diſcipuli xp̄i poſt eius reſurrectōem querebāt Act. j. ca. Dn̄e ſi in tꝑe hoc reſtitues regnū iſrael ⁊c. Alij aūt ꝓpter ſcripturas que manifeſte loquūt de xp̄i humilitate et paſſione. ⁊ ꝓpter illa q̄ loquunt ꝺ eius eminentia expectant duos Meſſias. vnū qui dicit filius ioſeph ⁊ iſte paſſurus eſt ⁊ occidendus. Alius qui dicit filius dauid qui meſſiam filiuȝ ioſeph reſuſcitabit ⁊ regnū iſrael reſtaurabit. Sed illud dictū de ſcripturis non habet auctoritatē. licet. n. plures dicti ſūt meſſie ſiue vncti qꝺ idem eſt ꝑticipatiue. vt dauid ⁊ ſaul ⁊ alij ṗdicti. nullus tñ dicit in ſcriptura venturus ad ſalutem ꝑpl'i niſi vnus. Item iſtud dictuȝ

ꝑ quanto habet apparentiam impletum est in xp̄o qui fuit filius Joseph putatiuus ⁊ sic vocatus. vt ptꝫ in euāgelio. Est etiam filius dauid ſm carnē sicut patet ex p̄dictis.

Contēdit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias qꝛ adhuc manet regnū romanoꝝ

Vicesimūprimū argumentū iudeoꝝ cōtra xp̄m sumit̃ ex quarto regno qđ nominauit dañ. in ca. vij. Sup quo sicut dicit mgr̃ alfonsus cōuersus ī libro belloꝝ. ti. xiij. Aliqui glosatores iudeoꝝ dixerūt ꝙ illđ quartū regnū est regnuꝫ romanoꝝ. ex quo arguūt ꝙ adhuc nō venit messias qꝛ vident regnū romanoꝝ stabile ⁊ ipi vocant xp̄ianos romanos ex nomine ciuitatis romane que caput est regni sui. ibi est sedes pape ⁊ caput eccie. Et tenent iudei ꝙ rex messias habebat venire in fine regni xp̄i. cuius regnū sempiternū erit. vt ptꝫ. c. eodē. ⁊ qꝛ credūt ꝙ gens romanoꝝ est gens edom. ⁊ ꝙ Juli⁹ cesar fuit de edom. ⁊ sic alij oēs reges qui fuerunt post eum in roma. Jungunt etiā cum hoc ꝓphetiam hieremie Treñ. iiij. gaude ⁊ letare filia edō que habitas in terra hus. ad te quoqꝫ perueniet calix. inebriaberis atqꝫ nudaberis cōpleta est iniquitas tua filia syō non addet vltra vt transmigret te. Ex oibus his inferūt iudei ꝙ nō debebāt redimi completa receptōe. postq̄ȝ scilꝫ nulla captiuitas sequeret̃ quousqꝫ fieret cōtritio ⁊ destructio illoꝝ đ edom quos ipi dicunt esse romanos qui seruant legem iesu nazareni. Et sup p̄dicta auctē Hieremie dicit rabi salomō ꝙ ibi Hieremias ꝓphetat destructōeꝫ romani imperij eo ꝙ destruxit tēpluꝫ ⁊ captiuauit populū iudeoꝝ tempe tyti ⁊ vespasiani. ⁊ sic per filiam edom intelligunt romani seu populū romanū cum dicitur. gaude ⁊ letare filia edom quasi dicat istud gaudiū quod habuisti in destructōne ciuitatis ⁊ templi in tristiciam conuertet̃. quia ad te veniet calix vindicte diuine. Quia ergo nondū est destructum romanū imperiū ideo dicunt ꝙ nondum messias venit ⁊ istud argumētū est inter cetera in q̄ magis se firmant iudei expectantes q̄tidie destructōeꝫ romani imperij. quo facto dicunt statim messiam venire. et ideo quotidie orant ꝑ destructōne romani imperij. ⁊ p̄sertim ꝑ destructiōe eccie xp̄i ⁊ discipuloꝝ eius. vt ptꝫ per quandā orōnem que quotidie ab eis dicit̃ in suis synagogis. in qua int̃ quedam alia exp̄sse dicitur. Omnes heretici subito pereant. que verba rabi salomon ⁊ rabi moysen ⁊ ceteri sic exponunt. Isti heretici sunt discipuli nazareni. Ad istud argumentū respondetur ſm p̄dictum mgr̃m alfonsum eodem libro ⁊ titulo. Primo declarādo falsum esse romā siue populum romanum esse filiam edom ꝑ eo ꝙ regnauerit super eos homo qui fuit de edom. sicut ipimet iudei non vocantur romani nec edomite ex eo ꝙ regnauit super eos herodes qui fuit de gente edom ⁊ de terra rome. Item qꝛ edom alio nomine dictus est Esau Geñ. xxv. ⁊ sic edom descendit de sem filio noe ꝑ ysaac. cuius filius fuit esau. Tota. n. europa ī qua est roma dicit̃ populata fuisse a filijs iaphet. ꝓpter quod non videtur rōnabiliter dictuꝫ ꝙ ꝑ edom significetur romanū imperiū. Sepe eñ accidit ꝙ diuersa loca eodē nomine nominant̃ propter quod multi decipiūt̃ exponentes de vno quod de alio intelligitur. verbi gratia. certum est ꝙ terra edom fuit ad ptem meridionaleꝫ versus mare andalusie per quam filij isrl̃ transeuntes per desertum cum exiert̃

de egypto venerunt: ⁊ in eadem terra
edom fuit mons synai ⁊ mons hor vbi
vbi mortuus est aaron. ⁊ ibidem erat
francia quam dicũt iudei in hebraico
carphat que nomiatur in terra edom
in prophetia abdie vbi dicit transmi-
gratio exercitus hui⁹ filioꝝ israbel oia
loca chananeoꝝ vsq; ad sareptam. lr̃a
hebraica habet vsq; carphat in qua ste
tit helias qñ dixit sibi dñs. surge ⁊ va-
de in carphat que est in sydone. ⁊ iterũ
surrexit ⁊ iuit in carphat. Et ptꝫ mani
feste ꝙ per hoc qđ dicit carphat que ē
in sydone in terra đ edom datur intel-
ligi ꝙ est alia carphat alibi sita. ⁊ ista ē
regnum francie quod est ad aquilonē
ecce ergo habemus vnam franciaꝫ in
terra edom. Item hyspania que dicit
in hebraico capharat. ⁊. de qua dicitur
abdie in ca. eodem infra transmigratõ
irl̃m que est in bussoro lr̃a hebraica di
cit capharat. erat etiam ꝓpe illam fran
ciam que dicebat carphat. que erat in
sydone in terra edom in qua hyspania
siue capharat mortuus fuit antipas fi
lius herodis in vinculis tyberij cesarꝭ
ſm ꝙ dicit Josephus. ⁊ sic vocauerũt
aliqui sapientes hyspaniã terre edom
in quo dederunt intelligi ꝙ nõ est illa
hyspania que vocat in pte andalusia ⁊
que ꝓpinqua alteri francie que ē ad ꝑ-
tem septentrionis que non est de terra
edom. Inuenitur. n. scriptuꝫ in libris
erarũ egyptioꝝ ꝙ terra andalusie fuit
vocata hyspanie nomine primi regis:
qui habuit hoc nomen hyspan. q᷑ ve-
nit de hyspania que est in terra edom.
Sic etiam dicendũ est de roma que in
hebraico dicit bosra que ē terra edom
ſm illud Esa. lxiij. Quis est iste q̃ ve-
nit de edom tinctis vestibus de bosra
est vltra mare ꝓpe terram israel. Et di-
citur in libro Zorobabel ꝙ bosra erat
magna ciuitas niniue. ⁊ sic non ē ista
roma in qua est apostolicus, q᷑ illa ro
ma que in terra edom iam fuit deserta
quando fuit destructa babilonia. quia
edom ⁊ moab ⁊ ammon ⁊ multe alie
gentes venerunt cum rege babylonie
ad destruendũ israel. ⁊ ideo receperũt
penam cum eo. Dico ergo rñdendo si
cut dixit Nicolaus de lyra ꝙ ꝑ filiam
edõ intelligit ipa ydumea ab ipo esau
ꝓut dictus est edom denomiata. ⁊ in-
uehit hic specialiter ꝓpheta cõtra ydu-
meos qui debuerant diligere filios is-
rael eo ꝙ descendebant a duobus fra-
tribus vterinis. s. Jacob ⁊ Esau. ⁊ ipsi
magis ecõuerso habuerunt eos odio:
⁊ in destructione irl̃m fuerunt cũ chal
deis vt dictũ est gaudentes de illa de-
structione. Ideo dr̃ in auctoritate gau
de ⁊ letare filia edom. quasi dicat. ista
leticia tanq; iniusta in tristiciã conuer
tet que habitas in terra hus. ista hus
non est illa de qua natus fuit Job. vt
habetur Job. j. sed illa eiusdem nomi
nis existens in regno ydumee. q᷑ sicut
dictum est frequenter in scriptura re-
peritur ꝙ due ciuitates ⁊ loca in diuer
sis posita eodē nomine equiuoce no-
minantur. Judei moderni dicunt ꝙ
inuenerunt in quadam glosa chaldai
ca ꝙ grecia est terra hus. Constantino
polis vo filia edom. ⁊ quia predicta ci
uitas est capta a turcis. Dicunt ꝙ iam
est completa iniquitas filie syon. ⁊ sic
nunc expectant messiam venturum.
Istud etiam est falsuꝫ. s. ꝙ hus sit gre
cia. ⁊ consequenter alia quod ꝓbatur
sic. quia vt scribitur Gen. ij. nunciatũ
est abraam ꝙ Melcha filios genuisset
nachor fratri suo hus primogenitũ et
buꝫ fratrem eius chamuelq; patreꝫ sy
rorum. ⁊ sunt tres ꝓuincie coniuncte
denominate ab istis tribus fratribus.
Caput terre hus fuit reblata q̃ postea
fuit vocata antiochia. ⁊ iste ꝓuincie sũt
remote a grecia vltra. xxv. dietas. ⁊ sic
ꝯñr ptꝫ ꝙ grecia nõ est hus. Itē caput

grecie est constantinopolis. ⁊ iudei in suo hebraico vocant greciā yenā. ⁊ sic non possunt dicere ꝙ yenam est terra hus ſm ꝙ declarant ꝑdictā ꝓphetiam ⁊ sic patet manifeste falsum cuꝫ dicūt ꝙ ꝯstantinopolis ciuitas est terra hus ⁊ discurrentes per deuia queqꝫ retorquentes textus scripturaruꝫ facti ceci dixerunt terminū signatū adimpletionis huius ꝓphetie ī anno dñi. M.cccc lviij. qui est ſm eos a creatōe mūdi qnqꝫ milia ducenti decē ⁊ octo. Vñ dixit rabi abraā filius rabi hya qui habitabat barchinone declarando in quodā libro quem fecit qui vocat meglina a megala qđ interpretat lr̄a discooperta ꝙ messias debebat venire anno a creatione mundi quinqꝫ milia centū decē ⁊ octo. quē numerū ipsi ponūt in computo lr̄arū sui abcdarij. numerādo. qꝛ ⁊ cū venit ꝑdictū tp̄s inuenerūt falsuꝫ dictum illius. Et iō dicūt moderni iudei ꝙ ille errauit. qꝛ vbi posuit quia debuit ponere ria que facit in nūero ducenta decē ⁊ octo. qꝛ. q. vł cof qđ idē ē i suo alphabeto fac̄ cētū. ⁊ ria qđ idē est ꝙ r. vł res facit ducētos. ⁊ cū iste sit annus vt dictū est ſm cōputū eoꝝ a creatione mūdi qnqꝫ milia ducenti decē ⁊ octo. Iō affirmabant venturū eē messiam anno ꝑdicto. qđ patuit ⁊ ptꝫ esse falsum. Vnde bene dixit de eis dauid In circuitu impij ambulant sicut bestie molendini oculis velamine coopertis. que nihil aliud inueniūt de sero qñ cessant ambulare in ꝑfectu vie qꝫ qñ inceperūt. ptꝫ ergo falsitas illius expositionis ꝙ grecia sit terra hus ⁊ ꝯstantinopolis filia edom. Sed ſm veritatē, vt dcm̄ est filia edom ⁊ regnū ydumee ab eodē denominatū. ⁊ hus est ciuitas in eodē regno qđ regnū dicit habitare in terra hus. qꝛ illa terra est famosa in regno illo cuius metropolis siue caput erat reblata. s. antiochia. Sꝫ dicet hic forte iude⁹ ex quo filia edom est regnū ydumee. ⁊ tu xp̄iane dicis ꝙ ista ꝓphetia est cōpleta. qñ ergo fuit cōpleta inebriata ⁊ nudata. Rñsio ꝙ illa ꝓphetia īpleta fuit tp̄e regis hircani q̄ fuit potentior rex machabeoꝝ. qꝛ tūc fuit destructa tota terra ydumei ⁊ eduxit. xxx milia illoꝝ quasi captiuos q̄ custodirent muros ir̄lm. Et dicit iosephus ꝙ in illa die facta fuit magna leticia. qꝛ. s. fuit destructa ⁊ punita tota terra ydumei. Et dicit hic rabi vsua fili⁹ leui glosando sup̄ hoc passu ꝙ illa die fuit fctā maior leticia in templo qꝫ vnqꝫ fuerit facta. Dicendo ꝙ bethsean terra sua ⁊ oēs alie terre ydumee q̄ nō fuerāt subiugate subiectōi tp̄e iosue nec alioꝝ iudicū. nec in tp̄e regū israel ⁊ iude fuerīt victi ⁊ captiuati tp̄e h⁹ regis hirchani. ⁊ dicit ꝙ in illa die cōpleta fuit ꝓphia abdie ꝓphete vbi dr̄. ascēderūt saluatores in montē syon iudicare mōtē esau ⁊ erit dño regnū. Et dicit etiā iosep⁹ ꝙ illi de edom filij esau cōuersi sūt ad iudaismū tp̄e ꝑdicti regis hirchani. et fuerūt circūcisi ⁊ nō recesserūt ab eis tp̄e tyti ⁊ vespasiani. sꝫ ꝙ sp̄ māserūt in dei deinceps. Et iō fuit remēoratū peccatū iudeoꝝ filioꝝ esau. ⁊ ceciderūt in captiuitatē qñ fuit ꝯpleta iniq̄tas filiorū iuda q̄ ꝑmanserūt iusti in aduentu messie hiesu nazareni ſm ꝙ ꝓphetauit Hieremias vbi supra dicens. Cōpleta est iniq̄tas tua filia syon. nō addet vltra vt transmigret te visitabit iniq̄tatē tuā filia edom. ⁊ nō inuenit gens malicie que sit in ira dei tanto tēp̄e. ſm ꝙ dictū fuit de edom. nisi iudei propter quos fuit dictū ꝙ sp̄ deberent eē in ira dei. Et iō ꝯiūxit deus has duas gētes scꝫ edom ꝯuersoꝝ ⁊ iudeoꝝ q̄ debebāt perdi ⁊ semp̄ esse in ira dei. sicut dixit Hiere. in ca. vj. Cadent inter corruentes tp̄e visitatōis sue corruent dic̄ dñs ⁊ fuit ꝑdita mēoria nois edom. ⁊ man

sit memoria nominis iudeoꝝ. q: illi ꝺ
edom conuersi fuerunt ad legē iudeo
rum. ⁊ q: inuenimus edom bis puni-
tum esse. primo in tpe nabuchodono-
sor ante ꝓphetiam malachie. Secūdo
post ꝓphetiam malachie tpe regis hir
cani. De prima fuit dictū Malachie. j.
ꝙ si dixerit ydumea destructi sumus.
sed reuertētes edificabimus que sunt
destructa. hec dixit dn̄s exercituuꝫ. isti
edificabunt ⁊ ego destruā q: dixit in-
structi sumus sicut si esset iam p̄terita
illa punitio quā primo habuerūt tēpe
nabuchodonosor ſm ꝙ dicit etiā cap.
eodē. Esau āt odio habui ⁊ posui seyr
montes eius in solitudinē. ⁊ ꝓpter eū
etiam dixit in ꝓphetia abdie legatū ad
gentes misit: surgite ⁊ cōsurgamꝰ ad-
uersus eum in p̄lium qꝺ dixit de futu
ro ꝓpter secundā punitōem quā debe
bant habere tpe hircani regis. ⁊ ꝓpter
ipm dixit in ꝓphetia abdie. ⁊ erit dn̄s
iacob ignis ⁊ domus. Joseph flāma ⁊
domus esau stipula ⁊ succendet in eis
⁊ deuorabunt eos. ꝓpter qꝺ intelligit
ꝙ nō debebant illi ꝺ edom habere de-
structōem terciam. quia in secunda de
bebant esse in ira dei impꝑpetuuꝫ cum
alijs iudeis consocijs eoꝝ qui sit ꝑmā
serunt tpe titi. Et dato ꝙ adhuc regnū
romanoꝝ esset ꝺ nūero illoꝝ quatuor
regnoꝝ ꝺ quibus dicit in libro daniel
vt in argumēto fuit dictū ⁊ ꝙ romani
essent regnū edom. q: regnauit super
ipos romanos hō q̄ fuit de terra edō.
nō sequit ꝙ ex hoc ꝑ vim hꝫ dici ꝙ q:
adhuc illud regnū est stabile sicut co-
gitant iudei ꝙ ꝓpterea adhuc debꝫ ve-
nire rex messias. q: nō fuit intentio ꝓ-
phetarū in destructōe regni babylo-
nie que fuit dicta in ꝓphetia danielis ⁊
in ꝓphetia hieremie ꝙ post septuagin-
ta annos captiuitatis iuda nunq̄ꝫ am-
plius esſꝫ homo qui regnaret super re
gnū cazdym ⁊ sup ciuitatē babylonie
⁊ terram circa iacentē. q: ille ciuitates
⁊ terre sue in suis locis ꝑmanserunt. et
si alique ville illarū fuerunt destructe
non tamen omnes fuerunt deserte. ⁊
adhuc ille que fuerūt deserte ꝓ maio-
ri ꝑte omnes fuerunt populate. Sꝫ in
tentio ꝓphetarū fuit ꝙ non esset vltra
sup cazdym ⁊ sup babylonē nec sup su-
am terram aliquis rex qui esset de ge-
nere nabuchodonosor nec de gēte sua
Item in tēpe futuro regni medie erat
intentio ꝓphete ꝙ non esset vltra rex q̄
esset de genere darij nec de gente sua.
Item in tpe quo fuit postea regnum
persie erat intentio ꝓphete ꝙ non esset
amplius rex de genere tyri nec de gen
te sua. Item in tempe in quo habebat
esse regnū Janam. i. grecie erat inten-
tio ꝓphete ꝙ non esset vltra rex de ge-
nere alexandri nec de gente sua. ⁊ simi
li modo tempe quo in futurū deberet
esse regnū romanoꝝ ſm ꝙ ipi dicunt
deberet esse intentio ꝓphete ꝙ non ha-
beret ibi amplius esse rex de genere iu
lij cesaris primi. ⁊ Gay ⁊ Titi. nec alio
rū qui crediderūt in eoꝝ fideꝫ. Ex quo
ergo reges romanoꝝ non credunt mō
in fide Julij cesaris Gay nec Titi. q̄a
ipi seruiebant idolis. ⁊ etiam q: Con-
stantinus cesar dimisit regnū romano
rum seruis Jesu nazareni. ⁊ apostoli-
cus qui est dominus rome nō fuit vo-
catus deinde cesar nec venit ꝺ genere
cesaris. oportet necessario dicere ꝙ iaꝫ
transierunt omnia illa regna dicta in
libro danielis excepto regno iesu na-
zareni veri messie quod firmissime du
rat ⁊ habet durare sine fine. Et iō opꝫ
dicere necessario ꝙ iam venit rex mes-
sias q̄ venturus erat tempore illoꝝ
regum. ⁊ ꝙ iam receperunt iusti trans
migratōem ⁊ tribulatōeꝫ quam debe-
bant recipere quando finita essent illa
quatuor regna. ſm ꝙ dicit Dan̄. xj. po
pulus aūt sciens deum suum obtine-

bit.⁊ faciet ⁊ docti in populo docebūt
plurimos⁊ ruent in gladio ⁊ in flāma
⁊ in captiuitate ⁊ i rapina dieꝝ. Seq̄t
⁊ de eruditis ruent vt cōflent ⁊ eligāt
⁊ dealbent vsq; ad tp̄s p̄finitū.recepe-
rūt etiā mali ⁊ peccatores de isrl' fineȝ
captiuitat⁹ ꝑpetue.sicut dicit Dañ.vij
vsq; ad cōsūmatōem ⁊ finē ,durabit de
solatio.⁊ iterū.c.eodē ante ciuitatem ⁊
sanctuariū dissipabit ppl's cū duce vē-
turo.⁊ finis erit vastitas. ⁊ post finem
belli statua desolatio. ⁊ h̄ est qđ debe-
bat esse in aduentu messie.s. q̄ finē ac-
ciperet peccatū ⁊ deleret iniquitas. et
adduceret iusticia sempiterna.⁊ sic vn-
gerer sanctusſanctorꝝ.vt ptȝ in.c.eodeȝ
clarissime.ergo ptȝ sicut sol lucet ex oi
bus istis p̄dictis falsam eē expositōeȝ
iudeoꝝ in ꝓphetia. Hiere. supradicta.
⁊ in ꝓphetia abdie.quibus se fundant
multū iudei expectantes destructōem
imperij romanoꝝ.⁊ tūc aduentū mes-
sie ⁊ quō etiā falsum ē q̄ xp̄iani desc̄e
dunt đ edom.sed q̄ ip̄imet iudei sunt
illi de edom qui fuerūt cōuersi.⁊ ipsi q̄
mali sunt ⁊ peccatores simul cum eis
receperunt punitōem ꝑpetuaȝ in qua
nunc sunt ⁊ erunt vsq; ad finē.⁊ q̄ xp̄i
ani sunt filij syon ⁊ boni iudei qui cō-
uersi sunt ad xp̄m in q̄bus completa
fuit iniquitas.i.in q̄bus iā cessauit pec
catū ⁊ captiuitas.⁊ in ꝑpetuū erunt li
beri.sicut pȝ in p̄dicta ꝓphetia Hiere.
quia illis de edom conuersis⁊ alijs iu
deis negantibus xp̄m dicit ꝓpheta.ad
te quoq; ꝑueniet calix.i.pena diuie vl
tionis inebriaberis.i.ad plenā punie-
ris atq; nudaberis.s.honore ⁊ alijs bo
nis.sicut manifeste factū est p̄ tytū ro-
manoꝝ principē. Sed ⁊ de bonis iu-
deis q̄ receperūt iesum xp̄m verū mes
siam qui dicunt filij syō. Dicitur in te
xtu.completa ē iniquitas tua filia syō
scȝ in aduentu xp̄i. quia amplius po-
pulus ille syon credens in xp̄m nō fu-
it subiectus alicui captiuitati loq̄uen-
do de totalitate populi.sicut ter iaȝ fa
ctum est de populo iudeoꝝ. Ideo di-
cit.non addit vltra vt transmigret te.s.
a libertate in seruitutē. Sequit đ ma-
lis iudeis filijs edom. Visitabit iniq̄-
tatem tuam filia edom eam.s.iuste pu
niendo discooperuit peccata.s.penam
manifestam omibus inferendo . quia
publica est eoꝝ captiuitas ⁊ seruitus i
toto mūdo vbiq; sunt iudei siue inter
xp̄ianos siue inter saracenos sunt ca-
ptiui ⁊ in abhominatōem habiti. Pa
tet ergo solutio ad argumentū iudeo-
rum que aliquantulū dilatata fuit ꝓ-
pter magnā vim quam faciunt iudei
in eodem.

Contendit iudeus probare q̄ iesus non est verus messias quia xp̄iani affirmant ipsum eē deum.

VIcesimūsecundū argumentuȝ
iudeoꝝ est ad ꝓbandū xp̄m nō
esse deuȝ sicut xp̄iani affirmāt.
Arguunt aūt sic.scriptū est Exođ.xx.
Non assumes nomen dei tui inuanū
Inuanū nomē dei assumit qui homi-
nū nomini cultū diuinitatis attribuit
Nam vanitas est omnis homo q̄ ho-
minē deum credit ⁊ deuȝ appellat ho
mini nouū cultumq; diuinitatis ascri-
bit. Item in psal.scriptum est.non erit
in te deus recens neq; adorabis deum
alienuȝ. Item in lege scriptū est q̄ qui
fecerit se deum occidatur.nullus ergo
homo est deus. Mirum ergo est quō
xp̄iani ausi sunt Iesum nazarenū no-
minare deum etiam concesso q̄ esset
messias cum sacra scriptura sit in op-
positū vt dictū ē.vel si dicant q̄ messi-
as debet esse deus.ondāt xp̄iani. Vñ
in sacra scriptura talis assertio pōt no
tari.licȝ tñ in primo libro sit sufficien-

ter declaratū quadruplici examine.ꝙ
iesus xp̄c est verus filius dei ⁊ ꝯsequē
ter verus deus. quia tñ iudei petūt au
ctoritates sacre scripture. Ideo in p̄nti
duo sunt fienda. Primo soluet argu-
mentū. ⁊ secundo assignabunt aucto-
ritates expresse ad oppositū ostenden
dū. De primo ergo dicit ꝙ nomen dei
assumeret inuanū si alicui puro homi
ni attribueret. sed si attribuit alicui q̄
non sit purus homo sed verus homo
⁊ cum hoc etiam sit verus deus. tunc
non assumit invanum. talis est hiesus
dñs noster qui non tm̄ homo sed etiā
verus deus affirmat. ⁊ sic deꝰ ⁊ homo:
vnus est xp̄c. nec est recens vel recēter
deus qui eternus est ⁊ ab eterno deus
nec ip̄e se facit deuz. qꝛ substantialiter
est deus. Ille em̄ facit se deum qui fin
git se esse deum cum non sit. nec ē deꝰ
alienus. qꝛ vere est deus. dij vō gentiū
alieni dij dicunt. qꝛ nūcupant dij. Cir-
ca secundū tollunt iudei velamē d̄ cor
dibus suis. legāt sacras scripturas q̄s
⁊ non alias ꝑ p̄nti allegare intēdo que
cōmuniter nō solū s̄m catholicos do-
ctores sed etiā s̄m antiquos hebreorū
rabinos de messia exponunt. Et p̄mo
quidem abraam pater fidei nostre ad-
ducit in mediū. qui accepta ꝓmissiōe
ꝙ in semine suo benedicerent omnes
gentes. intelligens ex hoc deum nasci
turū s̄m carnem hūanā ex genere suo
cum esset senex ⁊ dierū multoꝝ voca-
uit ad se seruū seniorē domus sue gen̄.
xxiiij. ⁊ dixit ei. Pone manū tuā sub
ter femur meū. vt adiurem te ꝑ deū ce
li ⁊ terre vt non accipias vxorem filio
meo de filiabus ⁊c̄. Cum. n. sit cōsuetu
do apud colentes deū ꝙ iurans ꝑ deū
p̄stat manū suam sup̱ aliq̄d hn̄s sp̄alez
relatiōem ad ip̄m. ꝓpter qđ Exo. xxij.
dicit ꝙ qn̄ aliquis iurabit applicabit
ad deos nullo modo pater abraam fe-
cisset manū serui sui poni subter ꝓpriū
femur qn̄ iurabat ꝑ deum celi. nisi spe
cialiorē relatōem haberet femur suuz
ad deū q̄z alia mēbra corporis sui. qđ q̄-
dem verum est inquantū illa pars spe
cialius ordinat ad actū generatiōis ꝑ
quem q̄tū ad matrē de genere abrahe
nasciturus erat xp̄c. Secūdo pōt ad-
duci illud Esa. ix. Paruulus natus ē
nob ⁊c̄. seq̄t. Et vocabit nomē eiꝰ admi
rabilis cōsiliarius deus fortis pater fu
turi seculi. princeps pacis. ꝑuulus di-
xit. qꝛ verus homo. admirabilis ⁊c̄. qꝛ
verus deus. Hec em̄ noia omnia non
vidētur alicui posse competere nisi sit
deus. Tercio pōt adduci illđ Esa. xxv
Et dicet in illa die. ecce deꝰ noster iste:
expectabimus eū ⁊ saluabit nos. Su-
per quo dicit venerabilis petrus alfon
si in suo dialogo ti. viij. hunc certe ver-
sum aliter non curamus explanare q̄z
doctores vr̄i illum dudū exposuere. ꝑ
illum nanq̄ docuerunt venturuz fore
tempus quo ⁊ mūdus dn̄m esset visu-
rus. ⁊ digito sibi adinuicem populus
ostensurus. hoc vō fieri nullatenꝰ pos-
set nisi homo fieret quis ⁊ deus. Hec
ille. Quarto potest adduci illud Esa.
lj. Posui verba mea in ore tuo. ⁊ i vm
bra manus mee protexi te. vt plantes
celos ⁊ fundes terram ⁊ dicas ad syon
populus meus es tu siue plātatio ce-
loꝝ siue fundatio terre accipiat sp̄ualí
ter siue ad litteram. certum est ꝙ talia
non possunt verificari nisi de illo q̄ est
deus. xp̄i enim humanitas premittit:
cum dicit. posui verba mea in ore tuo
ita enim dixerat dn̄s Moysi. vt habet
Deutero. xviij. Propheram suscitabo
de medio fratrum suoꝝ similem tui. ⁊
ponam verba mea in ore eius que ver
ba eius que loquet in nomie meo au-
dire noluerit ego vltor existam. Istud
aūt non pōt intelligi de Josue. nec de
aliquo qui fuerit sub lege mosaica. qꝛ
vltio. c. eiusdē libri dicit. Non surrexit

vltra ꝓpheta in israel sicut moyses sed verificatur de xp̄o qui fuit sibi similis in quātū dedit legē. sicut patuit supra li. j. in aptitōe tercij thezauri. ꝫ postea tāgitur eius diuinitas cum addit vt plātes celos ꝛ fundes terram ꝛc̄. Ita eniꝫ ꝓmiserat se ꝑsonaliter vēturū Ezech. xxxiiij. Ecce ego visitabo oues meas: sicut pastor visitat gregē suum. Differentia est inter dn̄m ꝛ pastorem. tūc. n. dn̄s ouiū est pastor earuꝫ qn̄ imediate nō ꝑ alios ꝫ ꝑ se pascit eas. In veteri testō deus erat solū dn̄s. ꝛ mittebat pastores suos ad pascendū oues qui dicebant. hec dicit dn̄s. sed visitans sicut pastor gregē suū nobiscū est dn̄s. Esa. lij. Ecce ego qui loquebar in veteri. s. testamēto assum in nouo. Quinto adducitur alia auctas Esaie in ca. xl. q̄ non minus cōfirmat ꝓpositum. Reuelabitur gloria dn̄i. ꝛ videbit oīs caro pariter ꝙ os dn̄i locutū ē. pōt quippe vox rei spūalis audiri sicut filij israel vocē dn̄i audierūt in monte synai. loquentē vo nō videbis nisi fuerit res carnalis. Sexto introducitur auctas baruth in. iij. c. vbi inquirens in toto ca. q̄ sit vera sapientia. ꝛ q̄ adinuenit eam subdit. hic est deus nr̄ ꝛ nō estimabitur alius ante illū. hic adinuenit omnē viā disciplie ꝛ tradidit eam iacob puero suo ꝛ isrl̄ dilecto suo. ꝛ post hoc in terris visus ē ꝛ cū hoibus cōuersatus est. Certū ē ꝙ deus ꝛm diuinitatē videri n̄ pōt. quia dicitur Exo. xxxiiij. nō videbit me hō et viuet. nō poteris videre faciē meā nec etiā cōuersatur cum hoibus inquantū ē deus. vt dicitur Dan̄. ij. imo ꝯuersatio ꝓprie est inter illa que sunt eiusdeꝫ speciei. ꝛ iō ista verificantur de deo ꝛm naturam assumptā. Septimo hanc duplicē naturā ostēdit micheas in ca. v. dicens. Et tu bethleem effrata puul⁹ es i milibus iuda. ex te mihi egredietur qui sit dn̄ator in israhel. ꝛ egressus eius ab initio a diebus eternitatis eius. Nam egressus xp̄i ꝛm humanitatē debebat fieri in bethleem. sed egressus a dieb⁹ eternitatis nō potuit eē nisi ꝛm diuinitatē de quo egressu dr̄ Esa. liij. generatōem eius quis enarrabit. Sup predicto etiā verbo petr⁹ alfonsi in suo dialogo ti. viij. pulcre loquitur dicens. hoc quippe qd̄ est ex te mihi egredietur q̄ sit dn̄ator in israel. ꝛm corp⁹ dictū est. ꝛm ꝙ princeps ille aduēturus erat in tpe. Qd̄ aūt sequitur ꝛ egressus eius ab initio a diebus eternitatis ꝑpetuitatē insinuat deitatis. hoc. n. diuinitati attribuit qd̄ hoī puro nō cōuenit. hec ille. Ista ꝛm p̄destinatōem nō possunt eē dicta tum qꝛ significatū vocabuloꝝ h̄ non patitur. tum qꝛ nimis inscienter loquerentur ꝓphete ita studiose ad laudādū messiam ꝑ ea que non magis cōpetunt sibi q̄ꝫ lapidi. Octauo dauid in psalmo. xliiij. dicit. Sedes tua deus in seculū seculi vga directōis virga regni tui. Dilexisti iusticiā ꝛ odisti iniquitatē. ꝓpterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie p̄ cōsortibus tuis. Cum hoc inq̄ꝫ dicit. eum ad quem loquitur deum eē ꝛ hominē ostendit. dicens eū. Sedes tua deus in seculum seculi. virga directionis virga regni ꝛc̄. nūquid nō manifeste eum appellet deum. Deinde cum dicit. Dilexisti iusticiā ꝛ odisti iniquitatē ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ ꝯsortibus tuis. Ad hominē eum loqui ꝑcipimus neqꝫ ei vel deum. vel consortē habet de⁹. Iteꝫ dauid in psal. Deus iudiciū tuū regi da. qui ad lr̄am etiā ꝑ doctores hebreos exponitur de xp̄o in lege ꝓmisso dicit ꝛ ꝑmanebit cum sole ꝛ ante lunam in generatōe ꝛ generatōem. ꝛ sit nomen eius benedictū in secula. ante solem ꝑmanet nomen eius. Et illud. ꝛ adorabunt eum omnes reges omnes gētes seruient ei. Videamus inquā si de pu

ro homine dicta sunt hec omnia. ⁊ ptꝫ
manifeste ꝙ nullo mō cōueniunt nisi
soli deo. ergo sequit̄ ꝙ xp̄m cōfiteri de
bemus esse hominē ⁊ deum. Qđ etiā
dauid spū reuelante cognouit ⁊ mira
cula q̄ facturus erat ꝓuidit. Jō ad hu
iusmodi finē psalmista fecit psalmuꝫ.
Bñdictus dñs deus israel qui fec̄ mi-
rabilia solus. Et benedictū nomē ma
iestatis eius in eternū. ⁊ replebit̄ maie
state eius omnis terra fiat fiat. Vidi-
